


St. Joh. P. Leche



1. Gerhard / Joh. Ern. / Diff. de umbra,  
tione virtutis aeterni, ex Luc.  
1. vers 35. iene 1688.
2. Gejer / Mart. / Diff. Biza, nempe  
prot Evangelium Genes. III. v. 15.  
ut et messie mors, Sepultura  
ac Resurrectio. Jes. LIII. v. 3=10  
Lippie 1645.
3. ——— Diff. Superstitione,  
Lippie, 1660.
4. Gerhard / Joh. Con. / Diff. de  
ambrotatione virtutis aeterni,  
iene 1665.

DISSERTATIO *J. S. J. E. V. V.*  
THEOLOGICA INAUGURALIS

DE  
DIVINA  
SANCTI MINI-  
STERII CONSTI-  
TUTIONE

*Ex Epist. Pauli ad Tit. Cap. I. 5.*

QVAM  
P R Æ S I D E

*VIRO MAGNÆ. SUMME REV. atq. EXCELLENTISSIMO*

**DN. JOHANNÉ PETRO  
GRÜNENBERGIO,**

SSI TH. DOCTORE AC P. P. CONSILIARIO CONSITORIAL. DI-  
STRICTUS MECKLENB. SUPERINTENDENTE AC FACULT.

THEOL. AD HUNC ACTUM DECANO

PATRONO AC COMPATRE SUO AD CINERES COLENDISS.

*Mo. 1706. d. 23. Febr. horis consuetis ante & pomeridianis*

IN AUDITORIO MAXIMO

PRO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS DOCTORALIBUS  
RITE CONSEQVENDIS

ERUDITORUM DISQVISIONI SISTIT

**JOHANNES JOACH. Weidener/**

Rostoch. Philosophiæ M. & ad Div Mar. Eccles.

Rostochl, Typis Joh. Wepplingl, SEREN. PRING, & Acad. Typogr.

29

DISSELTATIO THEOLOGICA IN ACADEMIA  
DIVINA  
SANGTI MINI  
STERNI CONSTITUTIONE  
PRO MAGISTRO JHANNI RÖHNIGER  
DR. JOHANNES PETRO  
GRÜNERBERGIO  
ESSENTIA DOCTORIS ET CONSILIARII CONSISTORIALIS DE  
STRICTIS MEASURE SUBLIMITI INDENTIS AC FACULT.  
THEOL. AD HONORARIUM BECANO  
TATIONE AC CONPARATIONE  
IN ACADEMIA MARIENBURGENSI  
PRO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS DOCTORALIBUS  
Johannes Petrus  
Johannes Petrus

55





## Communis est Fana

ticorum ac Novaturientium error quod tempora N. T. non requirant determinatum Ministrorum Ecclesiasticorum ordinem, cum potius omnes Christiani, velut Spirituales Sacerdotes, hæc omnia, quin & longè majora exhauriant, quæ communiter

hactenus habiti Ministri vix sentire ac conceptu tangere valeant. Non ergo prolixius investigabo præteritos, illosve sectabor errores, quos Anabaptistis, Weigelianis, Puritanis, Quackeris, Tremulantibus, & hujus farinae pluribus diu jamdum exprobravere Theologi; nam istos potius ferire contendit hæc Dissertatio, quibus hodie antiqua interpolare, & plaustra absurditatum infeliciter reducere, artis est ac infernale conamen. Nec hos equidem omnes proœmii loco persequi nunc juvat, præsertim cum plures ad instar cæcorum excæcati vestigia Antesignanorū simpliciter presserint, neque aliud quicquā dixerint, quam quod in sarcina *Arnoldi vel Poiræti* expressiore, sed & magis virulento conspectu clauditur. Prodeat itaque tantū *Parissud* nobile fratrum, videbimus, ad quæ absurdum gemino contenderinc nisu: Si in præfamine hoc desideras Ichnographiam, & præliminaria Fanaticorum falsa, lege Gothofredum Arnoldum in *der wahren Abbildung der ersten Christen Lehr und Leben Lib. II. Cap. V. VIII. IX. X. XI. &c.* & habebis exinde Cap. XI. hoc irritæ mentis compendium: Das ist gewiß daß im Anfang des Evangelii keine solche Sonderung der Clerisey von den Layen stat gehabt/ sondern sie erst lang hernach auffkommen sey — Man wuste woll von Lehrern und Zuhörern/ von Hirten und Schaffen/ von Vorgängern und Nachfolgern/ aber einen eigenen Orden oder Stand/

mit absonderlichen Nahmen / Kennzeichen / Titeln  
und Geſehen hatte man noch nicht &c. &c. adda-  
tur *Lib. II, Cap. V. §. 12.* Videtur, modestiam magis  
affectasse *Poiretus*, quando in *Oeconomiae Divinae* (Systema  
enim scribere carnalis esset Theologi, Vid. *D. D. Fechtii*  
Præceptoris ac in Christo Patris nostri summè  
Reverendi *Dissertationem de Studio Biblici cum Systematico*  
*connexione*, hujusq; *divina Origine Anno 1702. den 23. Aug.*  
*habitam*) *Tom. II. Lib. IV. Cap. VIII. §. IV.* scripsit. *At*  
*quantum ad res externas attinet, officiaque, quæ Christi-*  
*ani aliis debent, alia quodammodo est rerum facies. Ete-*  
*nim Deus, qui non est Deus confusionis, sed ordinis,*  
*neutiquam permittit functiones quasdam externas, quæ vel*  
*inferioribus, vel firmioribus vel toti corpori ministrare debent*  
*per omnes promiscuè ac tumultuariè sine ullo ordine fieri.*  
*Hanc ob causam in Ecclesia primitiva, cujus membra singula*  
*à spir. s. animabantur, idem ille Spiritus s. vel uni, vel*  
*præcipuis membris, vel omnibus & singulis, inspirabat, ut*  
*ad functiones certas certi homines eligerentur: quod ipsum*  
*postea ratum habebat gratis suis atq; donis peculiaribus,*  
*quibus personas electas diversimodè instruebat, prout neces-*  
*sarium erat, ut singuli munere suo cum edificatione aliorum*  
*& ex præscripto divine voluntatis defungerentur. Sed si pe-*  
*nitiores Enthusiastæ hujus penetrantur recessus, eviden-*  
*tissimum est, quod de Ministerio tali, quæle inter nos hodie*  
*floret, eadem cum Arnolde sentiat; Sicuti enim Arnoldus*  
*P. II. der Kirchen und R. Historie Lib. XVI. Cap. XII. §. V.*  
*p. 160.* in id nititur, daß das Predigt-Ampt eben nicht so hoch-  
nötig sey / und ob wohl das Wort G. notwendig erfordert wer-  
de / so könne doch wohl eine Gemeine ohne den Kirchen = Dienst  
(Ministerio Ecclesiastico) sein / daher auch die lehre von dem  
Predigt-Ampt nicht unter den nöthigen Glaubens = Articulen  
stehe / (quam fidus fuerit in citatis circa hæc talia, consta-  
bit ex *D. Fechtii Dissertatione De Sanitate Ministerii*  
*AO. 1705. den 5. Jan. habita §. III. s.*) Ita hic *Poiretus l. c.*  
*§. XVIII.* explicat citra dubium fratrem suum, dum ex-  
tribus suis regulis hanc ponit primam: *S. membra omnia*  
*societatis, veri sunt Christiani (quales hoc nomine in-*  
*cellu-*

zelligam notum est; & perficitur ex iis, quae de Christianis  
 illis dixi quorum duo priora capita Altorum Apostolicorum  
 meminerunt; eo in casu nemo alterius est Doctor, omnes fra-  
 tres sunt, omnes aequales, & singulis jus competit functiones  
 tum internas tum externas sacerdotii sui erga se exercendi.  
 Unde nec mirum, quod Arnoldus in *Vitis Patrum* inpe-  
 cie in *Vita Fabricii* pag. 98. cum ipso scripserit. Im al-  
 ten Testament / da das Blut Christi noch nicht vergossen war/  
 sondern allein das Blut der Opfferthiere an den Altar ge-  
 gossen ward / waren wir als Knechte / unter den Pflegern und  
 Vormündern des Stammes Levi Gal. IV. 2. als welchen da-  
 mahsten alleine das Priester-Thum angete / und allein mög-  
 ten in das heilige und allerheiligte gehen; die ander aber sun-  
 den im Vorhofe / als die noch nicht durch das Blut Christi  
 gewaschen waren Hebr. 9. Aber jetzt im neuen Testamente  
 sind wir alle zusammen / so viel unser mit dem Blute Christi be-  
 sprenger und von Sünden gewaschen sind / zu Königen und  
 Priestern gemacher für Gott und seinen Vater Apoc. I. v. 5. 6.  
 1. Petr. II. 9. und haben Macht wegen der noch unversöhnten  
 Sünden / so woll unsers Nächsten / als unser eigener / als-  
 bald gleich den Priestern für GOTT zu treten / und in  
 das Heilige zu GOTT durch Christum zugehen Hebr. X. 19.  
 20. Und demnach schuldig Krafft dieses geistlichen Priester-  
 thums (als wessen Eigenschaft war unter andern / die Brüder  
 aus dem Befehl Gottes lehren / Warnen / Ermahnern) uns un-  
 tereinander mit unsern Gebeth / Vorbitte / Unterrichtung / Trost /  
 Straffe und Ermahnung zur Seeligkeit zu befordern &c. Ue-  
 vero tali Ministerio hoc feliciter frui possit sanctulus talis,  
 Pairetus omnem Ecclesiae vocationem respiciens, motum  
 vendam planè fanaticum fingit, ex quo indubitato ac apo-  
 dicticè constet, quando, & inter quos, quibus & quali mo-  
 do actus officii ecclesiastici sint exerendi. Hinc ut  
 breviora conquiram p. 206. in fine s. XIX. decidit: Quod  
 si tamen externa nonnulla alios aliis prestare oporteat, quae  
 orda atque edificatio nolint per plures fieri, Spiritus Dei eos-  
 dem movebit, ut eum sibi eligant, quem eligi fas est. Id quod  
 in Actis Apostolorum videmus. & statim s. XIX. Altera  
 ipsius regula insinuatur hoc modo: Christiano, inter homi-  
 nes non Christianos aut veritatis signarios, competit e quibus

ius functionibus ministerialibus omnibus, quibus illi ad Deum  
reduci possunt, erga eos utendi; ac idem tamen hoc iure suo,  
ejusve exercitio, re ipsa uti non debet, nisi à Spiritu S. mo-  
tus, qui ipsi dona ac animum suum, luminaque & charitatem  
foras proferet ac dilatabit, eumque jubebit ire, loqui, agere  
vel manere, tacere, desinitre, eo loco tempore & modo  
quo salutare atque commodum videbitur. sapientia huic su-  
prema, cui cum Christianus verus totum sese commiserit, hinc  
& ab eo sese duci regi que patietur, quemadmodum id ex  
Actis Apostolorum apparet. Frustra hic sunt homines carnales  
cum vocatione sua Ordinaria atque approbatione mere huma-  
na. In hunc scopum approbat Quackeror n. senten-  
tiam Arnoldus P. II. R. & K. Historie Lib. XVII. Cap. XX. S. 49.  
p. 672. b. memorans sequentia: Von denen Predigern ist die-  
ses ihr allgemeiner Satz: Gleich wie durch diese Gabe und  
Gnade oder Licht Gottes alle wahre Erkenntnis in geistlichen  
Sachen empfangen und offenbahret wird, also wird auch durch  
ihre Krafft und Macht / nachdem sie offenbahret / und in dem  
innersten des Herzens angenommen ist / ein jeglicher wahrer  
Evangelischer Diener berordnet / zubereitet / und zu dem Ampte  
der Bedienung begabet / und durch dessen Bewegung / Leitung und  
ziehung des Lichtes oder Gabe Gottes muß ein Evangelischer und  
Christlicher Diener in seiner Evangelischen Arbeit und Bedienung /  
was so wohl die Dorer / wo; als die Leute / denen; und die Zeit /  
wen; er seine Bedienung zu verrichten / belanget / geleitet / und  
regiret werden. Ferner die diese Macht haben / die können  
und müssen das Evangelium verkündigen / ob sie schon von  
Menschen keinen Befehl / und der Menschlichen Gelehrtheit kei-  
ne Wissenschaft haben. Imgegenheit aber sind die / welche der  
Macht solcher Göttlichen Gabe ermangeln / ob sie schon mit  
Gelehrtheit und Wissenschaft begabte Leute / und mit Kirchens  
Befehlen und Menschlichen Ansehen gütlich ausstafiret sein /  
dennoch nur als Verführer und Herrteger / und nicht vor rechte  
Diener oder Prediger des Evangelii zu halten. Addatur o-  
mnino Arnoldus in Vitis Patrum l. c. p. 1027. seq. & R.  
& K. Historie P. II. Lib. XVI. Cap. XII. 15. Poiretus item  
l. c. &c. &c. tacet namque gerris ulterius inherere  
talibus



alibus. Jam si nec disceptavero de incertissima Spiritus Fan-  
natici directione, falsissimoq; Enthufiafmi schemate, quod  
Antiquioribus Theologis satis est discuffum, *Vid. Mi-  
nift. Tripolitanum & Scripta inter Dn. Sculierfoten ac Fabri-  
cium aguata* & intra pluribus exigetur; q̄vid quæſo cordati  
viri & conscientiam advertentes Eccleſiaſtæ habebunt qui-  
etis, in tot anxietatibus cordis, quibuscum conſiſtantur ſi  
vocationi amplius fidē habere & nutui divino, ſic per media  
ſua revelato, confidere, nequeunt? dantur certē plures, qui  
ut nunquam munus hoc præpoſterē affectarunt, potius  
declinatim cupiſſent, ita, ſi fallax adeo officii fore rati-  
o, quam lubentiſſimē renunciarent oneri, cui pares  
nunquam eſſe potuerunt; præſertim cum aliud vivendi  
genus largiſſimē ſuppeteret multis; cruciari ſunt Miſe-  
li prædicatores interquē lacrymas & ſuſpiriator quentur,  
cujusvis animæ rationem reddituri, omni niſu ad ex-  
tremum, quin & impoſſibile virium ſuarum labo-  
rant, mortem communiter accelerantes ſubitam; per  
dies ac noctes ſunt inquieti, *mox conciliatores diſſidentium*,  
quos sæpe Judicis non coercere potuit gravitas aut pla-  
ga; *mox caſtigatores, & divini malorum perſecuto-  
res*, quos etiam ſi ex fece ſapius ſint, charitate, ſubmiſſio-  
ne, humanitate, indefeſſoq; tudore publicē ſimul ac pri-  
vatim, quærelis quin & lacrimis reducere nequeunt; *mox  
Conſolatores triſtium ac tentatorū*, qui adumbratione doloris  
ſui nil niſi cruciatuum ſcintillulas fomiti mentis depreſ-  
ſæ ingerunt, & ignita ſapius Diaboli tela ſibi feliciter  
exempta, penetrabilibus paſtoris ſui reſigunt quaſi, *mox viſi-  
tatores agrotorum, lethaliterq; decumbentium*, quos aliquan-  
do omnes amici, quod morbo laborant contagioſo, de-  
ſeruere, quin & *violenter interficiendis* ad ultimum pla-  
garum horrendiſſimarum ſinem agglutinantur ferme; &  
poſt hæc omnia, ut millenis haud immerer paſſionibus  
ac perſecutionibus, vix putus panis adeo miſerē, miſerri-  
meq; laborantibus conceditur. Vah! quis erga ſtulum  
illud non lubens linqueret, fugeret, averſaretur? Humore  
reditusq; quondam jucundiſſimi deſtillaverunt, & mace

rata reliquitur herba, o! si panacea & medicami-  
 num ministerialium mater, *dipina vocatio*, haud adderet  
 solatium, quare non exclamaret cum Messia servus ejusdē,  
 Sacerdos ex Et. XLIX. *אני אסרתו לרוב יצרתו* Ego vero dixi; *in vanum la-*  
*boravi; In inanitatem & vanitatem vires meas insumpsi.* Vid.  
 B. Schmidius & Varenius ad b. l. Sed ipsa vocatio his verē  
 martyribus & anxiata Ipsorum conscientia: unī. um coele-  
 steque subministrat refrigerium: motibus enim non fanati-  
 cīs, sed per Dei verbum effectis elevati, cum Redem-  
 ptore suo ingeminant *אני אסרתו לרוב יצרתו*  
*אני אסרתו לרוב יצרתו* *Ast officium meum apud Jehovah, & opus me-*  
*um apud Deum meum conf. Varenius ad l. c. parte III. p. m.*  
*234. concl. ubi eximie commentatur: Tam officium, quam opus*  
*dicitur esse apud יהוה & Deum Christi non solum per modum*  
*judicantis, seu pro fidelitate Messie pronunciantis: sed & ipsi*  
*Messie laboris operisq; fructum inter ipsos Judaeos procurantis.*  
 Sub hac namque spe unice confidunt, quod, dum inter tot  
 officii pondera nil sibi, sed cuncta Clementissimo tributa  
 velint Numini, in ipsius quoq; misericordia solatiumque  
 opemq; expectant omnimodam, salventurq; unice ac tantū. Et  
 hæc etiam prægnatissima fuit ratio, quare ex Thematibus per  
 Summē Rev. Meam Facult. propositis, eligerem istud: *de Mi-*  
*nisterio*: ut sc. Conscientia servirem, & nihil inter ipsi con-  
 sulerem tutius, an forsan conditio præconū adeo fallax foret;  
 qui sapius multis cū aliis, & ex alio fonte derivatis con-  
 fector tentationibus, ac pro voto lubens cederem, nisi pon-  
 dero floribus hætenus distingerer fundamentis. Selegi ve-  
 ro (reservare siquidē alii tempori cogor ea quæ gravius re-  
 sponderi Fanaticis hisce allegatis debent) ad solum Disqui-  
 sitionis hujus fundamentū *Sancti Titi* exemplū qui Autore-  
*Stromvets* Paulo relictus erat in Creta ut reliqua coordinaret  
 & constitueret per urbes Presbyteros, Tit. I. vs. s. unde præsens  
 equidem Inauguralis tradet Intentionem Sp. S. de Constitu-  
 endo in Creta Divino Ministerio, seu *Divinam Sancti Ministerii*  
*Constitutionem* Deus vero Clementissimus adfit ubique  
 motibus suis Divinissimis! Amen.

TRACTA-

# TRACTATIO

§. I.



Quod istud membrum attinet: An aliqui in Ecclesia Christiana à Domino Jesu, s. Apostolis, Ministri Ordinarii instituti sint? videri posset illius tractatio superflua, (debemus hæc Phil. à Limborch Theol. Christ: Lib. VII. Cap. III. §. III. 749.) quoniam evidentia adeo insti-

tutionis Ministerii Ordinarii in Sacra Scriptura extant documenta, ut nullo modo in dubium posse vocari videantur. Attamen quoniam sunt Christiani, qui rejecto omni Ministerio, urgent promiscuas Prophetationes in Ecclesia obtinere debere, & unicuique libertatem concedendam publicè in Ecclesia verba faciendi, & de quibusvis dogmatibus differendi, operæ pretium est, opinionem hanc penitus examinare & ministerii perpetuitatem adstruere. Addatur Summè Rev. Dn. D. Grapius in Dissertat. Jucundissima de Conc. Alemodicis §. I. & seq.

§. II. In hunc finem prætermittis nunc Constituendorum Ecclesiæ Ministrorum requisitis Ministerialibus æquè ac Personalibus, quæ alii referabuntur tempori, præmittimus ipsum dictum, in quo subsequens collocabitur opera; habet verò Textus authenticus ita

In Ep. ad Titum Cap. I.

Ἔτις χάριν κατέλιπόν σε ἐν Κρήτῃ, ἵνα τὰ  
λείποντα ᾤψιδιερῶσῃ, καὶ καταστήσῃς καὶ πᾶσαν Πρεσβυ-  
τέρως, ὡς ἐγὼ σοὶ διατάξασα, κλ.

D, SCHMI-

D. SCHMIDII *nova versio habet:*

vers. 5. Propterea reliqui te in Creta, ut reliqua coordinares, & constitueres per urbes Presbyteros, sicut ego tibi disposui &c.

*TRILLERUS vertit,*

vers. 5. Deswegen habe ich dich in Crete gelassen / daß du soltest vollends anrichten was da nachgeblieben und sehen nach (JEDER) Stadt Vorsteher / wie ich dir angeordnet habe / u. s. w.

*Beatus noster LUTHERUS reddidit:*

5. Derohalben ließ ich dich in Creta, daß du soltest anrichten / da ichs gelassen habe / und besetzen die Städte hin und her mit Ältesten / wie ich dir befohlen habe u. s. w.

§. III. Quo verò totius rei constet series, nostrum erit, ut primam Pauli captivitatem, & deinde, quæ post eam contigerunt, aliquantulo pleniore delibemus gustu. Quod igitur res ac tempora primam captivitatem antecedentia concernit, actum agere nolo, more siquidem suo h. e. ἀκριβομένως Præses meus Dn. D. Grüneberg Patronus ac Compater æterna veneratione suspiciendus, res cunctas dulcissimo nexui ordinique involutas monstravit & quidem Disputatione, quæ sistit: *Apostolorum Acta Biblica inde à Paulo baptizato usq. ad sancti canonis finem, heic Rostochii Anno 1705. d. 22. Maij publicata.* Cum verò series annorum multam adhuc moram efficere soleant, in compendio de tempore Conversionis, Visitationis Concilii Hierosolymitani, & captivationis primæ Romanæ dicturus sum.

§. IV. Sunt itaque multi, qui Paulum Anno Christi XXXIIX. convertum. Anno LI. Concilio præsentem & Anno LIX. captivum Romæ traditum credunt

dunt. Vide *Gosfried, Arnold. in der Kirchgefaßten Kirchen-Historie des Alten und Neuen Testaments / p. 93. & 94.* In qua sententia prævit *D. Florentius Schilling Medicus Argentoratensis in Synopsi Chronologico-Harmonica p. 320. & 321. 334. 347.* qui tamen forsan ad adæquandum numerum Ao. LII. Concilium Hierosolymitanum, & An. LIX. adventum Pauli Romanum transcripsit. Dn. Dorncrelli item Conversioni annum XXXIIX. assignaverant, sed postmodum Xmo Anno post Conversionem Pauli, & sic A. Christi XLVII. ad Concilium ablegatum A. LIX. vero Roma traditum docent, vid. *Tobiæ Dorncrellii Chronologia Evangelico-Apostolica per Dnm filios edita.* Omnibus his misceri haud vacat; interim quando Dn. Dorncrelli *Spatio suo Decimo tertio* argumentum istius, quod Paulus demum Ao. 38. fuerit conversus, exinde sumunt, quia exprobrari potuerit Paulo, quod Christum non viderit, conf. *1. Cor IX, 1.* unde post ascensionem demum Salvatoris Hierosolymam venerit; tunc penitius inspicere debet, quando *Act. XXVI, 4.* Judæos scire dicit Apostolus vitæ institutum & quidem istud, quod ἐκ νεότητος egerit quodq; ἀπ' ἀρχῆς fuerit ἐν ἱεροσολύμοις. Conf. *Act. XXII, 3.* & *Gal. I, 13.*

§. V. Alii A. Christi XXXVII. conversum & A. Christi LVI. Romam captivum missum afferunt: vid. *Ulricus Huberus Instit. Hist. Civ. pag. 96.*

Multi A. Christi XXXVI. conversum, A. Christi LI. Concilio præsentem, Annoq; LIX. Romam captivum venisse venditant: conf. *Baronius Ann. Tom. II. p. 339. l. 419. s. 719. seq. Epitomator ipsius Bzovius p. 63. 96. l. 134. & Timannus Gesselius Hist. S. & Eccl. p. 88. 92. 95.*

Aliqui A. C. XXXV. conversum, A. LII. Concilio

lio Hierosolymitano præsentem & A. LXIII. Romam  
venisse, judicant, in qua sententia constitit Ufferius  
Armachanus p. 644. 666. 677. Annal. V. & N. T.

§. VI Plures demum Conversionis Paulinæ ter-  
minum faciunt A. C. XXXIV. sed discrepant nihilo-  
minus in reliquis, sic Caveus in Hist. Literaria Sec. A.  
postolici p. 5. quoad primum conversionis momen-  
tum annū XXXIV. si forsā excedens XXXIII. haud  
sufficeret annus, agnovit, & credidit item, quod post  
14. annos Hierosolymam iverit, sed postea Ao. 57.  
Romæ traditum vendit; item *Dn. Lightfootus Com-  
ment. in Acta Apostolorum p. 800 & 801. A. XXXIV.*  
ex Schemate suo conversum Paulum, sed Ao. L. de-  
mum Concilio celebrato Hierosolymā venisse & tan-  
dem Ao. LIX. Romam vidisse captivatum, autumat,  
addatur Reinhardus in *Theatro prudentia elegantioris p.*  
*103. 846.* Nec plures equeidem congesserō, nec item  
pluribus discussero, quid tot variantium Autorum  
fuerit forsā præsuppositum. sufficiat mihi paucis-  
simis notasse, quod istorum sententiam crediderim  
vero magis similem, qui Paulum A. C. XXXIV.  
conversum A. XLIX. Concilio præsentem, & tan-  
dem A. C. LIX. Romæ fuisse acceptatum ad capti-  
vitatē autumant, Conf. Vincentius Schmucl in  
*Biblischem Chronico p. 434. 445. 460.* Rathman-  
nus in *dem Gnaden Reiche J. C. p. 240. 236. f. 296*  
*f. Compendium Historiæ E. Gothanum p. 160. 181-*  
*195. & Guil. Perkinsii Specim. Digesti p. 14. f. aliq̃*  
autoritatē haud vulgari pollentes Chronologi.

§. VII. Anno igitur LIX. *σεπταεταδ' εχθ'* tra-  
ditus est. Qvis fuerit iste, & an fuerit præfectus  
Prætorii? qualisque? hoc inter *Ulricum Huberum &*  
*Jacobum Perizonium* ad dictum *Phil. Cap. I, 13.* fuit

con-

controversum, dum Huberus urbanum juri dicundo  
auditorium, partemq; Palatii Caesarum, fuisse Prætori-  
um, venditavit, Perizonius è contra per Prætorium,  
Prætoriarum cohortium corpus, seu castrum, ubi Romæ  
prætoriani tendebant, unde submittebantur cohortes, quæ  
per vias ad palatium Caesarum stationem agerent, in-  
tellexit. Vid. cursum hujus certaminis adumbra-  
tum in *A. E. L.* Ao. 1691. p. 237. Quicquid sit de re ipsa,  
Huberus tamen sententiam suam nondum abiecit,  
ponit enim *Instit. Hist. Civ. p. m. 9. Lib. III. Cap. 1. seq.*  
In his porro, quæ ad vim imperii pertinebant, nulla simula-  
tione usus, Prætorias cohortes urbi infudit, apud pala-  
tium, in quo domicilium sumpsit, habuit prætorium, *ἡ  
πραιτωριον εἶχεν*, inquit Dion, juxta quod milites Præto-  
riani stationes suas habebant, in quo erant numeri mili-  
tium, ubi judicia militaria & omnis deinceps Imperato-  
ria Jurisdictio exercita fuit, auditorium deniq; tam Præ-  
fecti Prætorio, quam principis, in quo & Paulus Apostolus  
se causam dixisse narrat ad *Phil. I. 13.* quæ latius à no-  
bis demonstrata sunt in Libro singulari de Prætorio. Con-  
feratur de his Prætorianis militibus Reinhardus  
*Theatr. Prudentiæ Elegantioris p. ino. & de Præfectis  
Prætorio D. Georg. Obrechtus de Jurisdictione &  
Imperio p. 53. n. 42. & seq.*

§. VIII. Extra controversiam etiam est, quod  
*ἡ πραιτωριον εἶχεν* cum captivis reliquis traditus sit Ro-  
mæ conf. *A. E. XXIX. 14.* sub hac tamen distinctione,  
ut Paulo, sine dubio è Julii centurionis commenda-  
tione, qualiscunq; concessa sit libertas circumveundi,  
vid. de diversitate Custodiarum Romanarum Wit-  
sius Meletem. Sect. XII. §. I. pag. 182. quare Judæos  
convocatos primum docet, post verò simpliciter

quosvis per biennium istud suscipit. Conf. Actor. l. c. 16. s. Inclarescunt ergo vincula ipsius in toto Prætorio, ut non tantum reliqui fratres audentium de Christo loquerentur Phil. I. 13. s. Sed & eosdem Philippenfes mox salutarent ac suscitarent illi, qui ex *Cæsaris Domo* erant Phil. IV. 22. qvare B. Calov. Bibl. Illustr. h. l. sic commentatur: *Non inconuenienter cum Chrysofomo hic Theophylactus. Hinc etiam in fide obfirmat eosdem, ostendens, vel Imperatoris familiam predicationem hanc attigisse, utque, si hi, qui in Regia diversantur, cæteris rebus contemptis Christum Dominum sectarentur, quanto magis & hos, qui his essent longè inferiores, id facere obstringi & cogi significaret? &c.*

§. IX. Vult equidem *Usserius l. c. p. 677.* quod nunc Onesiphorus Ephesius Paulum Romæ studiosissimè quæsitum inuenerit, iuxta II. Tim. I. 16. 17. sed hæc ad secundam rectius quadrant Pauli captiuitatem; interea horum eximie referes Philippenfium donum atque beneficium, qui Epaphroditum cum pecuniis miserunt Romam, ut Paulum visitaret, & necessaria vitæ subsidia subministraret, qui & socius Pauli fuit non habita vitæ suæ ratione, donec in morbum gravissimum incideret Philip. II. 25.—30. cum IV. 10. 14. 18. Æquali candore polluit *Timotheus* Phil. I. 1. II. 10. *Lucas* Col. IV. 14. *Philem*, v. 24. *Aristarchus* Act. XXII. 16. *Onesimus* seruus Philemonis profugus & à Paulo conversus, Philem. v. 10. Col. IV. 9. *Marcus* Barnabæ nepos Philem. v. 23. *Epaphras* Col. I. 7. 8. *Jesus Justus* Col. IV. 11. *Demas* Col. IV. 14. & *Tychicus* Col. IV. 7.

§. X. Nec quieuit Sanctus Apostolus in cura remo-



remotiorum cœtuum. Sic per Epaphroditum sine dubio *Epistolam ad Philippenses* scribit, sperans se brevi missurum Timotheum, & semet quoque ad ipsos venturum confidens Phil. II, 19. — 29. per Onesimum postea *Epistolam ad Philemonem* transmittit Philem. v. 2. & mox inde per Tychicum *Epistolam ad Colossenses* Col. II, 1. quæ item *Laodicensis* quoque destinabatur Col. I, 16. præsumitur quoque Timotheum misisse ad *Philippenses*, ut promiserat, sperans restitutionem ac libertatem confidentius Phil. II, 9. An etiam secunda ad Timotheum Epistola factus sit hujus primæ captivitatis inter eruditos haud parum ponderis habuit, cum affirmativam sustinuerint *Baronius, Estius, Salmeron, Hammondus, Lightfootus, Carveus*, multiq; Vid. *Witfii Meletem, Leidensta Sect. XII. §. V. p. 106.* contraria interim Pars apud nos omnino prævalet, & quamvis citatus *Witfius* l. c. §. VIII, in *Fructus* sua itidem propendat in remotam, id est priorem sententiam §. VIII. p. 192. tamen ex iis, quæ §. IV. & VI. ac VII. prolixiori illustratione concessit Ipsemet, detineor, ut non vacillare, sed firmiter insistere creditis, confidentius incipiam.

§. XI. In hac item fiducia subsistimus circa *Epistolam ad Ephesios* scriptam, quamvis enim per *Tychicum* missa *Eph. VI. 21.* fuerit, & *missionis* cujusdam ad *Ephesios* mentio facta sit 2. Tim. IV, 12. & sic colligatur haud præposterè, quod eodem ferme tempore utraq; sit missa *Epistola*. Vid. *Witfius* l. c. §. IX. 192. exinde tamen ad primam Captivitatem non referetur; quousque enim argumenta pro *Epistola* II. ad *Timotheum* obtinent, quod ipsa in captivitate ultima fuerit consignata, eo usq; & hæc ad *Ephesios* tempus istud præ-

præstitutum agnoscet. Curiosum interea, quod  
Dn. Dav. Knibbe in der *Schriftmäßigen Erklärung*  
der Ep. Pauli an die Epheser *Part. I.* in der Vorrede  
credens *Epistolam ad Ephesios cum Epistola ad Philip-  
pensēs & Philemonem ex Captivitate prima derivatam,*  
& quidem pro calculo suo *A. Christi LVI.* qui fuerit *31us*  
*Neronis,* provocaverit ad Danæum, qui expressè in  
anno & cunctis primæ captivitatis circumstantiis  
dissedit abs ipso, & forsan, si numerus Romanarum  
captivitatum satius demum ostenderetur, nobis ac-  
cessit quoad rem ipsam propius, dicens ex versione  
Dn. Plesken inter alia: *Derhalben glauben wir, daß*  
*dieser an die Epheser in den 62. Jahre Christi ge-*  
*schrieben und gesandt sey.*

§. XII. Biennio interim consummato è vincu-  
lis dimissum credimus, idque non tantum ex *Epistola*  
*ad Philemonem v. 22.* ubi scribit: *Simul verò etiam præ-*  
*para mihi hospitium; spero namq. fore, ut per preces ve-*  
*stras ex gratia reddar nobis.* Adde *Phil. I. 25. II. 19. 24.*  
*sed & in specie Ebr. XIII. 23.* dum dicit: *Scitote fra-*  
*tre Timotheum solutum, cum quo, si ocius venerit, vi-*  
*debo vos.* Certum ergo quod exspectans Timothe-  
um, & jamdum liber, scripserit ad Hebræos, de cu-  
jus *Epistolæ genuino Autore, Paulo sc.*, conferens  
Witsium in *Meletematibus Leidens. Sect. XII. §. XVIII. f.*  
& Jo. Henr. Heideggeri *Enchiridij Biblici Lib. III. Cap. XXI.*  
Et quamvis *Cellarius in Itinerario Apostolico A. 1700. ter-*  
*tium edito §. XXXIX.* deciderit: *in Hispaniam Paulum*  
*venisse credibile non est:* non tamen satis est certum,  
an, dum Romæ in vinculis teneretur, propositum  
consilium in Hispaniam proficiscendi *Rom. XV, 24*  
*28.* mutaverit? Cum id Corinthiis suis jamdum de-  
clarasset

clarasset, quod & ijs Gentibus, quæ ultra Corinthios sitæ  
velit Evangelizare 2. Cor. X. 16. haud abs re ergo præsu-  
mitur, quod intellexerit post Insulas & Italiã ipsam  
forsan Hispaniam, undorsum & salutatio Itatorum  
fratrum quàm optimè potuit transmitti Ebr. XIII.  
24. Addatur D. D. Grüneberg. Dissertatione citata  
p. 20. & certa lima purgatus Baronius A. E. Tom. I.  
p. 799. f.

§. XIII. Sed abitus in Hispaniam non prohi-  
buit, quo minus postmodum Asiam peteret. Vendit  
eqvidem Baronius l. c. p. 798. seq. An profectus sit in Ori-  
entem haud certè affirmari posse videtur: cum p̄sertim  
olim Mileti Ephesios allocutus, lumine divino afflatus illis  
predixisset, eos non esse visuros amplius faciem suam;  
quod certè haud potuisse contingere existimamus, si in  
Orientem Paulus, & in Asiam ( ut pollicitus fuerat scri-  
bens ad Philemonem ) iterum redisset, quin ad optatissi-  
mam Ecclesiam Ephesinam, Asiæ totius metropolim con-  
cessisset. Addatur Witius l. c. §. XLI. p. 216. Verum,  
quid opus est, ut verba Act. XX. 25. καὶ ἄρα οὐδεὶς ἴσως  
ἴδῃ, ὅτι ἐνέτι ὁ ψεῦδος τὸ πῶς ὁμοίως μὲ ὑμῶν παύειν verita-  
mus Hebraismum fingentes: Non videbitis vos omnes,  
i. e. nemo vestrum, quod Grotio, Piscatori, Lubino, Galli-  
cis versionibus, item Belgicis, communiter placuit; Qua-  
re non cum Vulgata, Erasmo Roterodamo, Calovio, Schmi-  
dio, innumerisq; Textus verba directè sequentibus,  
ita reddimus: Et nunc, ecce, ego novi, quod non am-  
plius visuri sitis faciem meam vos omnes: ut sic potue-  
rint aliqui adhuc, multis reliquis beatè defunctis, cir-  
ca reditum Apostoli eundem videre. Erat sic em-  
phatica excitato, ut causam salutis suæ attenderent,  
dum mors ipsa pluribus instans, ad tribunal Christi

eosdem esset abreptura, anteqvàm forsan rediret ad  
 ipsos. Quin etiàm si Apostolus sic ερησικως & ex hu-  
 mana conjectura ac opinione fuisset locutus, qvalia  
 suppeditare videntur loca Rom. XV, 24. 28. Act. XIX,  
 28. 2. Cor. I. 15. Phil. I, 19, 20, - 24. II. 23, 24. id quod  
 tamen propter suæ scientiæ professionem locum vix  
 habere potest: per solam conjecturæ rationem nil  
 derogaretur auctoritati Θεοῦ. Conf. omnio  
 Ludovicus Capellus Apend. ad Histor. Apost. p. 34.  
 seq. & Witsius Tom. I. Miscell. Cap. XXII. toto. De  
 cætero hæc mei Præsidis est sententia, privatis ipsius  
 in Lectionibus in Act. XX. proposita, per vocem ὑμῶν  
 πάντων intelligendos non esse, nisi solos illos, qui velut  
 Ephesini Presbyteri tum temporis Miletum vene-  
 rant evocati deputati: qui sicut in proximo vs. 26. à  
 cæteris Asiaticis Pauli auditoribus distinguuntur,  
 per expressas voces ὑμῶν & πάντων; itemq; v. 28. ubi di-  
 stinguuntur, à suo προμύνη, sicut & v. 29. itemq; v. 37.  
 38. ubi peculiari suo fletu ob illa ipsa verba Pauli de se  
 non amplius videndo à reliquis singulariter distin-  
 guuntur, ità necessarium aut de suâ aut de Paulinâ  
 morte conceptum sibi formare debuerint, cæteris A-  
 siaticis Pauli Auditoribus non promiscuè propterea  
 includendis, neq; à Pauli secuturo deinceps con-  
 spectu novo semovendis.

§. XIV.

Properant nunc Autores omnes, &, cum Pau-  
 lum Asiam petiisse credant, statim Colossis à Phile-  
 mone exceptum hospitio venditant. Vid. Ufferius  
 l. c. p. 681. & sic in transitu alios item visitasse civi-  
 tates. Ita Arnold. in der kurtzgefaßeten Kirchen-  
 Historie 94. scribit: Nach der ersten Befangenschaft  
 wird

wird er wieder ledig / reiset auch nach Troada / Co-  
rinth / Melito und Colossen 2. Tim. IV. 13. 10. Col. IV.  
7. Philem. vs. 22. nec diffiteor memet ipsum ad hæc  
ferme tempora istam detinuisse sententiam, præfer-  
rim cum status Hierosolymorum & Judaici populi  
indies ad deterius rueret, ut Josephus Lib. VI. Belli  
Judaici Cap. XXXI. miraculosis horrendisq; omni-  
bus hoc confirmatum exhibuit; conjiciebam ergo,  
quod, dum Pentecostes nocte Sacerdotes intimum  
Templi, more suo ad divinas res celebrandas, in-  
gressi, tumultu prævio audiverint subitam hanc vo-  
cem: *Migremus hinc*, nec Servus Dei hunc detestabi-  
lem amplius voluerit ingredi locum; unde sensa cor-  
rigere vix potui, quamvis apud Capellum l. c. p. 39.  
legerim: *Quod si (uti videtur) Epistola ad Hebræos est  
Pauli Epistola, ex ea colligi posse videtur, Paulum Romanis  
vinculis solutum, Roma Hierosolymam venisse, nam Cap-  
utl: vs. 23. scribit, fore ut brevi eos (nempe Judæos Hiero-  
solymitanos) cum Timotheo invisat: donec nuper Exc:  
Meus Præses Dissert. citata calculum huic adjiceret  
sententiæ, & nil remaneret dubii, præsertim cum  
ejusdem urbis Omnia nondum tunc incidisse obser-  
varem, & aliqvandiu post demum Christianorum Ec-  
clesia, nimirum gliscente jam per Judæam bello, uti  
divinis erat Oraculis præmonita, sicq; paulo ante  
postremam obsidionem Hierosolymitanam, Pellam,  
quæ erat Perææ trans Jordanem civitas, feliciter con-  
cesserit. Vid. Eusebium Lib. III. H. E. Cap. V. Epi-  
phanium Hæc. XXIX. n. 7. & sic ferme ad destructi-  
onis terminum in hac viguerit urbe. Excerpto cum  
summis deliciis hic Exc. Dn. Grünenbergii placita  
quæ l. c. p. 20. ita habent: *Cum postea Paulus & Timo-  
theus**

ebrius conjuncti essent, recta via primum ad Hebræos in  
Asiam venisse Paulum omnino probabile est, id enim promissu  
erat Ebr. XIII, 23. Commodum autem erat in Syria & Pa  
lestina inchoari: promissum enim ad eos pertinebat He  
bræos neophytos, qui Paulinis vinculis condolerant Ebr.  
X, 23. Id potissimum ergo spectabat ad eos, quibus; ac  
deinde, à quibus, collectam tulerat Rom. XV, 25. s. qui  
busq; inter verbera & vincula spectaculo miserabili Pau  
lus fuerat Act. XXI, 30. tantoq; id magis, quia Palestini  
& Syri Ebræorum nomine præ aliis celebriores erant, &  
ex urbe Hierosolyma per Festorum rationem circularis epi  
stola Paulina communicatio commodissime inter notiores  
sibi Hebræos fiebat, nec enim ad quosvis Ebræos per totum  
mundum dispersos venire poterat. Non ergo dubitari de  
bet, quin Hierosolymam iverit.

§. XV. In his, quæ nunc sequuntur, proli  
xioribus haud opus, interim laudatissimus est Exc.  
Grünenbergii quoad Geographica simul, ac ista, quæ  
præsumi possunt, nexus atq; ordo, cujus epitomator  
evalurus, credo, quod Hierosolymis iverit Syriam  
versus, inq; ista Antiochiam tuam & Ciliciam cum  
Patria Tarso, aliisque Asiæ minoris provinciis visi  
taverit; unde in Phrygiam ad Philemonem ex pro  
missis venerit *Philem. vs. 22.* & tandem Ephesum re  
diens ibi Timotheum suum velut Præfulem reliquerit  
2. Tim. I, 6. 1. Tim. I, 3. f. Postea Macedoniam & in  
ista Philippenses scrutabatur Phil. II, 24. I, 25. s. & for  
san Achajam, atq; Corinthum haud neglexit, ut Ti  
tum ibidem relictum 2. Cor. VIII, 16. iterum assume  
ret: tunc etiam tempore Hymenæum & Alexan  
dram Sathanæ tradidit, quod Timotheo suo refert,  
1. Tim. I. 20. ad quem nunc primam scripsit Episto  
lam<sup>99</sup>

lam, quæ ex Laodicea Phrygiæ Pacatiana venisse  
statuitur per absurdè, vid. Capellus l. c. p. 75. & Grü-  
nenbergius l. c. p. 12. dum rectius ex Athenis vel gene-  
ratim ex Achaja eandem derivares. Hic autem  
superatis itineribus tandem cum Tito transvectus est  
in Cretam, ut Christi Evangelium ibi quoque præ-  
dicaret.

§. XVI. Non quidem me fugit, quod Wit-  
fius Meletem. Leid. pag. 68. ex Capello assumpserit  
opinionem, acsi Paulus mox post concilium Hiero-  
solymitanum ex Cilicia iverit Cretam versus, inci-  
tatus hoc simul momento, quia non sit verisimile, ad  
illud usque tempus ignoratum fuisse Christum in Creta;  
quam tota Achaja, Macedonia, Asia, Cyprus, Syria per-  
sonarent Evangelii preconio. Sed quamvis non distem  
omnino à sententia Georgii Calixti ex Procemio, Ex-  
positionis literalis Sancti Apostoli Pauli Epistole ad Titum,  
ubi scribit. Etenim Disquisitiones de loco & tempore scripta-  
rum Epistolarum, quamvis peritiam arguant & sæpe usi  
non careant, interdum tamen perplexiores sunt, quã ut ci-  
tra ambiguitatem certis demonstrationibus quæant termi-  
nari. Crediderim nihilomino, quod inter verosimilia  
quoque certus attendi possit selectus, ut, quæ pro-  
piora sunt judiciosè præsumptis, gratiora judicentur  
omnino, Nobis ergo ( loquor cum Heideggero Enchi-  
rid. Bibl. Lib. III. Cap. XIX. §. V. pag. 197. ) Capelli  
sententia displicet, censentibus, ante priora vincula scri-  
ptam non esse, Lucas enim in Actis Insula Cretæ à Sancto  
Paulo, Tito comite, conversæ nussiam meminit; non  
nasciturus, quò minoræ non tacuit. Rectius igitur inter  
priora & posteriora vincula, quando liber de novo Orien-  
tem peragravit, - - referimus. Nec veritate n-

obstruet, si Wittii præsumptionem alia quâdam  
 compensemus, scilicet verosimile fuisse, quoad præ-  
 dicationem Evangelii Cretensem, eandem utique  
 Insulam ante Pauli adventum habuisse gratiæ tonum  
 & primordia quasi Evangelii, quæ sint confirmata per  
 Pauli adventum. Non enim nos ferit dictum Apo-  
 stoli Rom. XV. 20: ubi sistit se ἕως φιλοτιμῆσθαι  
 εὐαγγελίζεσθαι, ἕχ' ὅπως ἀνομιᾶσιν Χριστοῦ, ἵνα μὴ ἐπ'  
 ἀλλοτρίον θεμέλιον ἰκοδομῆ̄ ita ambientem prædicare  
 evangelium, non ubi nominatus esset Christus, ne super  
 alienum fundamentum ædificaret; quid enim Dn.  
 Wittius de prædicatione Damascena, quam l. c. p.  
 36. descripsit, annon ibi Paulus super alienum fun-  
 damentum ædificavit? rectè ergo ex Menochio &  
 Estio Polus glossam adjicit: *Intellige ut plurimum: a  
 lioquin & Damasci prædicavit, ubi erant aliqui fideles;  
 & Roma, &c.* Addantur initia Ephesina ex Act. XIX.  
 coll. cum Cap. præc. fine. Præivere interea no-  
 bis Ufferius, Pearsonius, Sandhagenius & Par A-  
 cademiæ Nostræ Incomparabile Fechtius: Exeg.  
 Expof. Ep. in Tit. §. VI. & Grünenbergius loc. cit.  
 multiqve.

§. XVII. Insula, cui convertendæ & confirmandæ  
 labores sacravere Paulus cum Tito, fuit Creta cu-  
 jus fama inter antiquos notissima, sic Homerus no-  
 naginta hujus numeravit civitates, Odyssea T. vers.  
 172. & ipsius ætate accrevisse videntur: nam Iliad. β.  
 vers. 649. centum assignat ipsi. De situ ejusdem Pli-  
 nium, Strabonem, Solinum, Melam, multosqve  
 Authores, ordine dato excerptos videbis ap. Dn.  
 Cellarium *Geograph. Antiq. Lib. II. Cap. XIV. pag. 160.*  
 §. Addatur Heidmanni *Europa pag. 287.* & B. D. Jo. Qvi-  
 stor-



Storpii, *Commentarius Analyticus in divinam Apostoli Pauli ad Titum Epistolam.* De præsentî statu hujus Cretæ, quæ nunc Candia dicitur poterit conferri Becmannus in *Hist. Orb. Geogr. & Civilis*, p. 135. seq. Ziegleri *Täglicher Schauplay der Zeit* p. 103. & de bello Venetorum ultimo: Wilhelm Zerlin in dem von den Türcken auff's eufferst bedrängten/aber durch die Christl. Waffen der Heroischen Republic Venedig auff's tafferst beschützten *Candia.* Item *Philemeri Irenici Elisii Continuatio XIV. Diarii Europæi Part. XV. p. 296. Aliq.*

§. XIIX. Incolæ ne hodie quidem sunt frugi, sic excerpit Becmannus ex Dan. Ecklin. *Itinerario in terram sanctam sequentia*: Eins aber / ait, das trefflich zu schelten ist an diesen Volck/ kan ich nicht übergehen/ daß sie einen so Teufflichen Brauch haben / wider Menschliche Arth und Natur so Sodomitisch zu leben / welches denn ein Grenel vor Christlichen und züchtigen Obren zu melden / will geschweigen / vor GOTT solche Bluthschanden zu treiben/ jedoch ist es unter ihnen gantz gemein. Ist nicht ein Wunder/ daß GOTT das herrliche Griechenland dem Türcken unterworfen / wird gewißlich dieser Insul Candia auch also ergehen / wo sie GOTT nicht verbrennet/ wie Sodom und Gomorra/ so wird doch der Türcke ihre Ruthe werden. Hæc proh dolor! satis in bello istoc ultimo, quod ultra viginti annos extendebatur, sunt completa. Et ibidem Becmannus ex Brenningen / & Neitschützen hæc deprompt: Wann die Weiber im Zorn einen beissen/so sey solch bluthrünstig Verlehen so vergifft und schädlich / als der von einen wütenden Hund ver-  
legt

lest / oder von einem Scorpion gestochen. Quid ergo mirum si tempore ethnico, vel in primordiis Evangelii Apostolus, ex proprio illorum Propheta mutuari potuerit hoc ipsorum encomium Tit. 1. 12.

*Κρῖτις αὐτῷ ψευδαί, κατὰ Ἰουδα, καὶ σέρπις ἀσφαί.*

Et hæc fuit causa, quare Sanctissimus Paulus, quamvis jamdum hæc Insula Christum ex parte cognovisset, ipse nihilominus cum Tito accesserit, quò malitia ipsorum vel fractâ exemplum illustrius fierent Gratia Christi, vel continuatâ, hæc magis forent ἀναπλόγητι, quare etiam postea Titus non potuit abire adeò citò, quia immorigeros fallaces, & vaniloquos deprehenderat.

§. XIX. Imo ipse Paulus vix abierat, cum jam Epistolam suam ad Titum, properans quasi, per Zenam atq; Apollinem Cretam ituros transmitteret Tit. III. 12. 1. Erat hicce Titus, quantum sacra docet pagina, Gentilis Græcus Gal. II, 3. Chrysostronus *Corinthium* voluit, & qui cum ipso sunt, urgent imprimis dictum Act. XII. 7, ubi in quibusdam codicibus & apud Syrum & Arabem, pro 1858 legitur ἄτις. Sed D. Calovi? *Bibl. Illustratis ad l.c.* rectius decidit: *Titinomen Græci codices pleriq; non agnoscunt. Adscriptum forsàn ab aliquo in margine, irrepsisse postmodum in codices quosdam videtur.* Ex Antiochia Syriæ oriundum fuisse præsumunt alii, quia inde cum Paulo Hierololymam tenderit Gal. II, 1. sed res est incerta. Interim non tantum per fidem & conversionem Eum πένον γήσον vocat Paulus Tit. I, 4. quippe quem ut Onesimū per verbū ἐγέννησεν Philem. v. 10., sed & postea propter fidelitatem κοινωδὸν & πιστερόν 2. Cor. VIII. 23. & ἀδελφὸν 2. Cor. II, 11. Et quidem immensè dilectus

Stus fuit abs isto: cum enim abesset à Paulo, & is  
 Troada venisset 2. Cor. II, 13. *Licet ostium ipse aper-*  
*tum esset in Domino, non tamen habuit relaxationem*  
*Spiritus suo, eo quod non inveniret Titum: idque uti*  
 Corinthiorum causâ, ad quos erat missus, ita & ipsi-  
 us causâ, quod fidem & studium ejus amaret atque  
 nosset. Scilicet cum Epistola ad Corinthios prior  
 scriberetur circa Ephesum, conf. 1. Cor. XVI, 8. 9. 19.  
 Titus præfens Apostolo fuerat, ipseq; Corinthū inde  
 missus, ubi cuncta restituit 2. Cor. VII, 15. & 11. & po-  
 stea Paulo in Macedonia pœnitentiam Corinthiorum  
 retulit 2. Cor. VII, 5. 6. ad quos, quò Collecta pararetur,  
 denuo remissus est 2. Cor. VIII, 6. — 16. & v. 23. Postea  
 Lucas & Apostoli nihil quicquam memorant de Ti-  
 to usque ad ista tempora, quibus post captivitatem  
 primam, quod vidimus, Paulum fuit comitatus, &  
 in convertenda Creta socius exstitit. Reliqua de Ti-  
 to conferes in *Balduini Commentario* p. 1462. 1463. adda-  
 tur *Calovius B. J.* p. 1050. a. & *Claud. Espenceus Operum*  
 p. 464. item *Andreas Cretensis Archi Episcopus* (vid. *Ca-*  
*vens* p. 319.) *Orat, in S. & B. Celebratissimumq; Christi A-*  
*postolum Titum, quam Leges in Bibliotheca Patrum Ma-*  
*xima Tom. X. p. 262. b. f.*

§- XX. De loco, unde vel ex quo hæc  
 Epistola scripta, nunc aliquid memorandum, vult  
 ergo subscriptio omnium, quos vidi, editionum,  
 quamvis in aliis quibusdam discordet verbis, missam  
 hanc esse Epistolam à *Nicopoli*, & quidem *Macedo-*  
*nia*; Scio utiqve quod multi verba Cap. III. 12. *ἐν*  
*ἡ Νικόπολι τῷ ἀρχιεπισκόπῳ* Ibi enim constitui hybernare, sic  
 velint exposita, ac si nondum fuerit *Nicopoli*, & sic  
 falsa esset subscriptio, æque ac istarum, quæ 1. *Epi-*  
D
stolæ

Stolæ ad Corinthios, Epistolæ ad Galatas, utrique ad Thessalonicenses subjiciuntur; Verùm argumentum ex particula *enim* petitum videtur mihi etiam planè lubricum, conf. *D. Fechtii Exegetica Expositio ad hanc Epistolam* Cap. II. §. III. dum quoad rem ipsam nihil dubii super sit. Quæ autem Macedoniae fuerit Nicopolis? id certè magis foret controversum: & de urbibus quidem hoc nomine insignitis leges haud sine fructu *Espencæum* p. 615. f. & *Cellarium Notitia Orbis Antiqui* p. 1089, 1090, 1327, 583, & 1324. Opinarer verò, quod intelligatur non Nicopolis ad Istrum quæ dum per fluvium hunc Istrum l. Danubio jungitur, communiter Nicopolis ad Istrum dicitur, *Vid. Cellarium* p. 583.; Nec *Nicopolis Epiri* apud Actium, de qua conf. *Cellarium* p. 1089. prima enim supra Mæsiam inferiorem sita, nunquam Macedoniae finibus adjudicata, & Epirus item diu satis proprios agnovit reges, ac quamvis forsàn jurisdictioni aliquando, non tamen finibus Macedonicis addita; sed aut *Nicopolis ad Hæmum*, aut potius *ea, quæ est ad Nestum fluvium*. *Vid. Cellarius* l. c. 1324. & *Büntingius* in *Itinerario* p. 262. illa siquidem fines macedonicos, si non actu agnoscat, iisdem tamen intimè juncta, & sic nomine Nicopoleos Macedoniae satis forsàn propriè venire poterat.

§. XXI. Restat tandem, ut de scopo hujus Epistolæ adjiciantur aliqua. Is fuit hic, velut supra §. XII. & XIX. jamdum observatum, quò Titum instrueret, quid inter Gentem adeo fallacem ac vano loquam in usum Ecclesiæ foret observandum? scilicet ordinandos esse Presbyteros, qui omni studio jungerentur Tito Cap. I. ad v. 11. & corrigerent emendarentque cum ipso cretenses erroribus vitiosis pluribus

bus pollutos Cap. I. §. II. f. ; Qui monstrarent Se-  
 nioribus, Juvenibus, Servis & omnibus subditis, qua-  
 les sanctissimus Deus eosdem veller, & Ipsi cum Ti-  
 to Præfule suo caverent ἀλλότρια Cap. II. & III. Illu-  
 stravit hæc amplissimo nexu Dn. D. Fechtius l. c. Cap.  
 III. §. 1. seq. cui addideris Egid. Hunnii Expositionem  
 planam ac perspicuam ad hanc Ep. p. 13. f. B. Schome-  
 ri Exegesi in Ep. Pauli Min. p. 210. & Heideggeri  
 Enchirid. Bibl. Lib. III. Cap. XIX. §. VI. His au-  
 tem de Scopis Epistolæ generatim cognitis, verba Tex-  
 tus nostri velut specialiore ac particularem scopum  
 suum exprimunt repetitionem Mandati Paulini de  
 ordinandis Presbyteris. Quæde re proximè jam  
 sum acturus, ubi de vocibus pauca pro necessi-  
 tate sentus dixerò. Sc. Apostolus ita fa-  
 tur: τὰς κἀκεῖν κατέλιπον ἐν Κρήτῃ, ἵνα τὰ λέει-  
 ποντα Ἰπιδιορθάση, ἕ καταθήσῃς καὶ πάλιν πρεσβυτέρους,  
 quæ verba sic voluit Grotius mutata, ut pro Ἰπιδιορ-  
 θάση ex manuscripto substitutum velit Ἰπιδιορθάσης  
 constitui, quod esset secunda persona A. 1. Subj.  
 Activi; Sed ut taceam, quod si etiam 3. pers. formæ  
 activæ manere debuisset, versio congrua fuisset se-  
 quens: Propterea reliqui te in Creta, ut reliqua corri-  
 gat, subintellige quisq. s. quivis, vel etiam ipsa Creta,  
 quomodo apud Hebræos Es. IX. 5. & Jer. XXIII 6.  
 vertere solent verba יְמֹשׁ יִקְרֶיךָ & vocabit unusquisq.  
 sc. nomen ejus & ista יִקְרֶיךָ - יְשׁוּנָה יְמֹשׁ - הוּא Et hoc est  
 nomen ejus, quo vocabit quisque s. populus Juda &  
 Israel eum. Vid. Glassius Philolog. sacra ex recentissima  
 edit. p. 142. & 154. & Varenius ac Schmidius in Commen-  
 tariis ad h. loc. satis tamen in propatulo, quod hic stet

2. perf. Ar. 1. Subj. Med. & sic versioni consuetæ nullum superfit dubium.

§. XXII. Quod interim vocem *ἰσοπορευόμενος* spectat non tantum usus, sed & emphaseos planè singularis est, id quod per connexionem felicius eruetur. Fuerat igitur S. Pauli sanctissimus inter Gretenfes conatus *ὁμοπορευόμενος τῷ θεῷ ἐργάτιον ἀνεπαίχτων, ἰσοπορευόμενος πρὸς λόγον τῆς ἀληθείας* 2. Tim: II. 15. ut sisset Deo operarium, qui non debeat erubescere, & verbum Dei rectè dividens; qualia monita ex ultima sua captivitate ad Timotheum transmissit. Scio hic, quod aliqui repexerint ad ritus Leviticos, credentes, quod Sacerdotes ipsi dividendis sacrificii partibus fuerint occupati. Vid. Leighius ad hanc vocem *ἰσοπορευόμενος* sed rectè observat *Lundius in den 2. J. Heiligthümern* Libr. III. Cap. XXXVIII. n. 66. p. 583. a. quod talis dissectio ad Sacerdotes & Levitas ordinariè non spectaverit, vid. post ib. citatos *Witsium Misc. S. Tom. I. Lib. II. Dissert. II. § LXXV. f. p. 102.* unde rectius sequens hic latere crediderim comparationis tertium, quod sicuti metatores ac Mathematici acutissima planeq; subtili dimensione separent discutenda, quo cuncta sic ordinatim divisa scopo inserviant præfixo, ita quoq; Doctori competat divino, ut promptissima divisione cuncta solidè discernat, quæ pro temporum ac personarum ratione proficua magis ac utilia judicabuntur: quorsum referes etiam similia de Oeconomo ap. Leigh:

§. XXIII. Et cesserat hoc per gratiam sancti Spiritus quàm felicissimè, ut omittens *sermonem initii Christi Ebr. VI. 1. ad perfectionem ferri posset*, & sic rectitudinem introductam hoc magis urgere ac conti;

continuo inculcare valeret, particula enim *ἀεὶ* interdum significat continuum quid, ut in *διαβίωω*, *διαμένω*. Interdum auget, uti *διαδιδάσκω*, *per sentisco*, *διωρῶ* *per spicio* Vid. Scapulam p. 393; Sed ne recta iterum perderentur & continua rectitudo in errores deflecteret per incuriam & præcipitem Cretensium malitiam, ibi reliquit Titum, *ἢ ἀπὸ τῆς ἐπιπέδου τῆς ἀλάστορας*, hæc ergo vox denotat non tantum conservationem istorum, quæ adst. sed & eorundem interminatam ac non desinentem reformationem, & emendationem. Sicut e. c. Hortulano non sufficit, optimas & rectificatas plantas esse ordinibus suis infitas, & congrua dispositas ferre; sed & indefinente opera succrescentes prosequitur, ne spica vel foliolum ad contorta deviet & inordinata protrudatur dimensione: ita vult Apostolus Filii sui immutabilem ac perennem attentionem atque curam circa jamdum ordinata, si forsan defuerint quædam abs Apostolo ob temporis brevitatem haud animadversa, aut propter Cretensium indurationem nondum tunc temporis corrigibilia. Optime commentatur Elspencaus *Operum suorum* p. 471. a. *Quicquid corrigitur, imperfectum est, & quadam quidem prius à me correctæ, nec dum tamen ad plenam veri lineam redactæ sunt. Quæ igitur ad perfectionem deest, ea recto tenore corrigere pergas, ut æqualitatis normam accipiant. Et hic vide, ut eum discipulo scribere non pudeat, ut à se relicta aut prætermissa reformet in melius: sic ubiq. fidelium saluti, non privato honori consulens, & utilitatem publicam curans, sive id per se, sive per alium fieret, nihil ejus intererat. Hoc sc. unum respiciebat, ut commune lucrum procuraret, nullo proprii respectu. Ita prorsus, ita pastorem affici necesse est.* Le-

ges hic non tantum varias sententias apud Leighium & Polum, sed & explicationes concinnas videbis apud Balduinum p. 1472. a. & in specie D. Fechtii criticum attendes observatum, contra Calovium, B. J. p. 1054. b. & alios quod vox Ἰπιδιορθεῖν, utique hic etiam correctionem continuatam possit denotare, cum non tantum superfuerint corrigenda, sed & quod supra §. XVI. vidimus, hæc Intula potuerat iamdum esse radiis Evangelii collustrata.

§. XXIV. Generale hoc mandatum excipit specialius, καὶ καταστάσις ἐν πόλιν πρεσβυτέρους. Injungitur namque specialis Presbyterorum constitutio per civitates. Atque hæc est, de qua mihi nunc porro præcipere erit agendum. Verba ipsa nihil fovent obscuri, ut propterea amplius iis immorari nolum; res autem expressæ sunt summi ponderis & maximi momenti: statim namque disquirendum: qualis ista fuerit Ministrorum constitutio? Apostolus enim non tantum actum hunc injungit, sed adjicit etiam: ὡς ἐγὼ σοι διεκείρισάμην. Vid. Magnif. D. Fechtii præfatio in Epist. ad Hebræos juxta Schomerum p. 10. 11, quibus verbis unâ cum attendendis proximè sequentibus Ordinandorum requisitis, & observandâ in sese Ministeriali causâ in simul nos ad supremum ordinis sanctissimi moderatorem, DEUM sc. relictissimè deducere voluit. Cum enim Vir θεόπνευτος nil valeret ordinare, quod divinis dissentiret placitis, vid. Rom. XV. 17. 19, & verò nunc potuerit ἀγὼ τὸ σέθεν ordinare, consequitur, quod institutus è divinis hæc talia calaverit ac voluerit Paulus, & executus sit Titus. Quid verò dubii circa hanc sanctissimam superesset causa? Nonne, ex monitis, dulcissimi Jesu, Pater ipsius



ipſius eſt mittens diſcipulos ſuos ad prædicandum  
Evangelium? Audiantur clariffima Salvatoris ver-  
ba: Joh. XVII. 14. Πάτερ ἐγὼ δέδοκα αὐτοῖς σε τὸν λόγον.  
Eſt ergo verbum prædicationis verbum patris cœle-  
ſtis Apoſtoliſ prædicaturis creditum. Poſteâ e-  
nim precatur Jeſus verſ. 18. & 20. καὶ εἰς ἐμὲ ἀπέστει-  
λας εἰς τὸν κόσμον, καὶ γὰρ ἀπέστειλα αὐτοὺς εἰς τὸν κόσμον  
verſ. 20. ἢ περὶ τούτων δὲ ἐρωτῶ μόνον, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν  
πνευμάτων ἁγίων ἃ λόγος αὐτῶν εἰς ἐμὲ, *Sicuti me mi-*  
*ſiſti in mundum, ego etiam miſi illos in mundum*, mittit  
ergo Pater non tantum Filium, ſed & ipſe diſcipulos  
implicite propter iſtam communicationem, de  
qua leges verſ. 10. τὰ ἐμὰ πάντα σὺ ἔχεις, καὶ τὰ σὺ ἐμὰ.  
*Mea omnia tua ſunt, & tua mea.* Nec tantum pro  
Apoſtoliſ orat vi verſus 20. *ut illos ſervet Pater ex*  
*malis verſ. 15. ſed & pro illis, qui verſ. 20. per verbum*  
*illorum (eſt iſtud reape verbum Patris verſ. 8. & 14.*  
*& 17.) ſunt credituri;* Patet hinc, ut reliqua taceam  
adhuc ultrò ex hoc Capite eruenda, quod DEUS  
Pater dederit verbum ſuum certis hominibus Chri-  
ſto datis è mundo, quibus non tantum nomen ipſius  
manifeſtaretur verſ. 6. ſed & qui per illud ad fidem  
ducerent tales, qui hætenus non crediderunt, unde  
& verſ. 9. DEI Patris proprii dicuntur Apoſtoli.  
Quinimò rogatur Pater à Filio, ut, quicumque per  
verbum ipſorum, non tantum ore prædicatum, ſed  
& calamo perſcriptum, aliisque commiſſum audi-  
turi ſunt, id quod ad extremum uſque diem ex-  
tenditur, omnibus iis propitiuſ ad ſalutem eſſe ve-  
lit. Hinc Hunnius ex iſdem locum communem V. &  
VI. ſic formavit in Comment. ad Joh. p. 385. ſeq. Preca-  
tio Chriſti ſuum prægreſſum & effectum habet uſque ad  
finem

finem mundi. Quemadmodum enim verbum creationis, germinet terra herbam virentem, ab initio conditionis rerum usq; ad finem continuo cursu progreditur, sic etiam effectus preceationis Christi ad consummationem usq;ve seculi viget ac durat: Quandoquidem Christus discrete ostendit, quod pro tota Ecclesia oret, eamque velut in manus aeterni Patris commendet, ut à malo seruetur, sanctificetur in veritate, & tandem videat gloriam Christi & in ejusdem perpetuam fruiionem veniat. Hinc adeo ex vi hujus preceationis & intercessionis non modo uniuersa Ecclesia contra omnes portas inferorum inexpugnabilis consistit, Matth. XVI, sed singuli etiã fideles contra omnem impetum Sathana custodiuntur, ut ex DEI manibus in aeternum non rapiantur. Quam ob causam scribit Apostolus 2. Tim. I. Novi certusq; sum, quod cui credidi, potens sit depositum meum custodire usq; ad diem Domini. Et porro VI. L. C. ex Textu agit De dignitate ministerii Ecclesiastici, quod per predicationem Evangelii DEUS convertat, illuminet ac regeneret homines, & fidem in iis mediante verbo operetur. Quemadmodum hic habetur, oro pro iis, qui per sermonem eorum credituri sunt in me. Huc pertinent alia quoque Scripturae testimonia Rom. I. Evangelium est potentia DEI ad salutem omni credenti Rom. X. fides est ex auditu I. Cor. I. Visum est Deo per stultam predicationem crucis salu vos facere credentes. Et rursum I. Cor. III. Quis igitur est Paulus, quis autem Apollo, nisi ministri, per quos credidistis. Et I. Tim. IV. Attende tibi ipsi & doctrinae. Nam si id feceris, seruabis te ipsum & eos, qui te audierint. Ubi tamen ministris nihil aliud, quam ministerium externum, virtus verò & efficacia conversionis soli Deo tribuitur, qui tamen ordinariè, non nisi per verbum  
pre-

prædicatum & auditum in hominibus fidem & conversionem efficit. Nam qui plantat, nihil est, qui rigat, nihil est, sed qui dat incrementum I. Cor. III. Secundum hæc magni Theologi verba concludo: Paulinū illud *Ἀγαθός ἐστις* ne animo quidem esse concipiendum, nisi cum Divinā Patris Voluntate ad conservationem Ecclesiæ per coordinatos ubiqve Verbi Ministros quærendam ad finem usq; mundi contendente.

§. XXV, Solet hic quoad operationem cœlestis Patris circa Ministerium etiam citari à Theologis locus *Matth. IX. 38.* ubi Salvator docuerit, rogandum esse dominum messis id est Patrem, *ὁὐὐὐ ἐκβαλὴν ἑργάτας εἰς τὴν θεσάρον αὐτῶν.* Ut ejiciat (vi quadam & sæpius contra omnem hominum inclinationem ac placita) operarios in messem suam: quibus hanc adjicit illustrationem *Ægidius Hunnius in Comment. adh. l. p. 441.* Extrudendi voce utitur emphaticè, ut indicet esse hoc munus tam arduum & difficile, ut nemo facile, qui ingentes illius difficultates animo suo expendit, id sibi imponi sinat. Orent contra, ut Deus ipse divinitus ad id deligat, & vel invito & secundum carnem reluctantes eo extrudat, quos ad hanc rem idoneos esse noverit. Effet ibi certè (vavissimus quoque nunc nexus, si DEUS Pater per necessitatem sensus intelligendus foret: nam is, qui prudentissimā ac omnisciā curā operarios seligit, selectosque & donis suis affatim ex ipsius virtute polientes, etiam si noluerint, extrudit quasi & necessitat, constitutionem ipsam Ministrorum ardentissimè voluisse judicaretur; sed quamvis *Gerhardus, Qwenstedius, Tarnovius, Aliiq; Nōstratium Theologorum orthodoxorum,* & post hos *Dn. Freylinghausen in*

der Grundlegung der Theologie, im Andern Theil  
XXI. Art. vom Predig-Ampt S. II. p. 384. cum plu-  
ribus cohortis etiam suæ, in hanc iverint sententi-  
am literaliter de Patre agi: ipſus tamen Matthæi  
contextus & exſecutio miſſionis Apoſtolicæ  
monſtrant, non excludendum quidem, ut in omni  
externo opere, eſſe *Deum Patrem*, attamen per  
Dn. meſſis hic proximè vel totam Ss. Trinitatem,  
vel etiam, quod valdè probabile, ſecundam Deita-  
tis perſonam, noſtrumque Jeſum ſignificari, ſicut  
& alibi Dominum Sabbati ſe vocat. Optimè eam  
in rem Chryſoſtomus *Expof. perpet. in Cap. Matth. IX.  
Homilia XXXIII.* his verbis ſequentia adjecit in quan-  
tum ex verſione Editionis Commelinianæ A. 1603. p.  
312. E. proſtant: *Sed quosnam hic operarios vocat? duodecim certe  
discipulos, quid igitur cum dixiſſet, operarii autem pauci,  
numero diſcipulorum alios adjecit? minime: ſed eos ipſos  
emiſit. Cujus ergo rei gratia dicebat, orate Dominum meſſis,  
ut mittat operarios in meſſem ſuam: cum neminem eis adjecerit?  
Quia videlicet eiſi numero perſonarum non addiderit, virtutem  
tamen ac gratiam contulit. Orate autem, inquit, Dominum  
meſſis: Hic ſignanter magnitudinem domi oſtendit, & occultius  
ſe eſſe Dominum meſſis patefecit: nam quum dixiſſet, orate Do-  
minum meſſis, atque illi neq; oraverint, neq; obſecraverint quem-  
piam: ipſe tamen continuè eos ordinavit, atq; conſecravit, ut hinc  
ipſum eſſe Dominum intelligerent, & verba Job. memoria re-  
colligerent, nec obliſcerentur area, aut ventilabre, aut  
palea, aut tritici. Unde clarum ſit ipſum eſſe agricolam,  
ipſum eſſe meſſis & Prophetarum; qui ſemina meſſis jecerunt, Do-  
minum. Nam ſi ad metendum operarios mittat, clarum  
eſt, quod non, ut aliena meterent, ipſe mitteret, ſed quæ per  
Prophetas ſeminaverat. Neque hac tantum ratione ipſos ani-  
mavit, quod eorum miniſterium in metendo perſeretur, ſed  
multo magis, quoniam mirabilem eis metendi poſſetatem preſti-  
tit.*

tit. Quod tantò magis perspicuum redditur ex  
Joh. IV. vers. 37-38. ubi se Dominum messis esse, pri-  
mis suis discipulis per literam declarat.

§. XXVI. Et hanc verè cœlestem Jesu Chri-  
sti Θεωθρώπου operationem circa laboratores ac mi-  
nistros suos scripta Apostolica alibi dilucidissimè te-  
stantur. Hinc non tantum, in specie XII. Aposto-  
los anno præconii II. selegit, Marc. III. 13. f. Luc. VI.  
13. (Addatur Jo. Clerici Harmonia Evangelica p. 66. &  
Sandhagenij Einleitung p. 82.) selectis postea miracu-  
losas vires concessit Matth. x. 1. f. Marc. VI. 7. Luc.  
ix. 2. imò tandem etiam præcones post resurrectionem  
constituit universales iterato eqvidem iteratoq̃  
mandato, primò sc. Marc. xvi. 15. cū Joh. xx. 22. f. collato,  
secundò Matth. xxix. 18-19. ac si confirmationem Petri  
prætereas, terriò Act. I. 6. §. de quibus nunc haud  
discepra vero vicibus. Qui ita in apostolis fe-  
cit, is utique voluit ministros separatim ordinatos.  
Jam verò hæc cuncta Christus noster in commodum  
ac utilitatem sui cœtus disposuit; hinc post plurima  
Paulus Eph. IV. 11. exaltationis effectum & officia  
tam ordinaria, quam extraordinaria inculcaturus,  
dicit: καὶ αὐτὸς ἔδωκε τὰς ἀποστόλους, τὰς δὲ προφήτας,  
τὰς ἢ εὐαγγελιστὰς, τὰς ἢ ποιμένους ἢ διδασκάλους. Etiam  
ipse dedit, alios quidem Apostolos, alios verò Prophetas,  
alios autem Evangelistas: alios autem Pastores ac Do-  
ctores. Scribit optimè Ægidius Hunnius in Commen-  
tario ad hunc locum: Hic sanè est fructus exaltationis  
Christi, siquidem ex eo, quod ad dextram Dei confidens  
omnia implet, obtinet jam etiam hanc facultatē conferendi  
& dandi dona juxta eam naturam, secundum quam &  
accepit, ut supra in collatione verborum Davidis & Pau-

li docuimus: Etenim dextrā Dei exaltatus, & Ecclesia  
sua præsens hujusmodi in eam effundis Spiritus Sancti xα-  
ρισματα gradibus ordine distincta, ut alios quidem de A-  
postolos, alios Prophetas &c. Quibus enumeratio con-  
tinetur donorum, quæ partim ad Ecclesiam in orbe con-  
stituendam requirebantur olim, circa prima initia na-  
scentis Ecclesie, partim verò in constituta adhuc durant  
usq; ad finem mundi. De specialibus his officiis in  
posterum plura. Sufficit mihi ostendisse, Paulinum  
illud *ἀγαπᾶτε* &c. circa constituendos in Ecclesiā Pres-  
byteros ab ipso quoq; Filio Dei per Apostolum suum  
ita disponente accerli debere.

§. XXVII. Nec Spiritus S. specialissima  
quadam assistentia, visibilem Christi in his terris  
præsentiam compensaturus, quievit circa mitten-  
dos in vineam Christi operarios. Hinc Paulus abi-  
turiens, cum argumento verè divino excitatus vel-  
let Doctores Ephesinos, Act. xx, 28. ita tatur: *πισ-  
τεῖτε ἐν ἑαυτοῖς, ὅτι πάντι τῷ πνεύματι, ὃ ἐν ὑμῶν ἔσται  
καὶ τὸ ἅγιον ἐθετο ὑποτάσσας, ποιμαίνον τῶν ἐκκλησιῶν  
ἑοῦ, ἧν ἁγίως ποιῶντες ὡς ἑἰδὶς αἰματι*. Attendite ergo  
vobis ipsis, & toti huic gregi, in quo vos Spiritus S. consti-  
tuit Episcopus, ad pascendum Ecclesiam Dei, quam ac-  
quisivit proprio suo sanguine. Ubi clarissimis verbis  
Spiritui S. Ministrorum vindicatur vocatio, quare D.  
Deutchmann. in *Symbolo Apostolico*, quæ circa hunc  
finem ad Spiritum S. quadrant; congruo eoque se-  
quenti connexuit ordine *Diss. sc. XXVII. th. 15. p. 416.*  
*Peculiariter Ministerium Ecclesiasticum, ejusq; origo Spi-  
ritui S. Tertiæ personæ S. S. Trinitatis appropriatur (1)*  
*ratione denominationis, quia prout dictum est, ὡς ἑνὸς  
ἑ πνεύματος* 2. Cor. III, 8. vocatur (2) ratione segrega-  
tio

tionis, quia segregatio ad Ministerium specialiter Sp. S. tribuitur Act. XIII, 2. siquidem Sp. S. dixit: Segregate mihi Barnabam & Saulum in opus, ad quod vocavi eos. (3) ratione peculiaris Impositionis, quia Sp. S. ministros dicitur Ecclesie Pastores posuisse vel constituisse Act. XX, 28. ubi dicitur de Presbyteris Ecclesie Ephesinae: Sp. S. vos posuit Episcopos ad pascendam Ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo. (4) ratione peculiaris instructionis & exoracionis, quia charismata, vel dona Ministerii doctoribus necessaria Sp. Sancto peculiariter attribuuntur 1 Cor. XII, 4. f. (5) ratione peculiaris deductionis, informationis, inspirationis Joh. XVI, 13. f. XIV, 16. 26. XV, 26. XX, 22. (6) ratione verbi patefactionis 2 Pet. 1, 21. 2 Tim. III, 16. ad quod verbum omne ministerium unice ligatum, ita ut anathema dicatur illi, qui aliud Evangelium annunciat. Gal. 1, 8. (7) ratione ministerialis elocutionis, quia non ministri sunt qui loquuntur, sed Spiritus Patris, qui loquitur in illis Matth. X, 20. Conf. alias de dicto Act. XX, 28. in specie. B. Dor. schei Inauguralis sub. Jo. Schmidio Ao. 1623. m. Jun. Argentorati habita. Patet ex illis, Spiritum quoque Sanctum animo statim esse concipiendum in illis Martinorum & Paulino, cujus recordationem in constituendis juxta singulas civitates Presbyteris Tito tuo commendat.

§. XXIIIX. Sic ergo tota Sacro-Sancta Trinitas diviniſſimâ & πάλιν κατατάσει separatos & speciatim designatos voluit Presbyteros, non tantum regendæ quoad externa Ecclesie præstitutos, sed maxime, qui laborarent in fermone & doctrinâ 1 Tim. V, 17. Constitui sc. vel ab initio Evangelii Ministros voluit, idque tam immediatè, quam mediatè, unde vo-

catio ipsa divina congruè distingeretur in Immediatam ac mediatam. Vocatio immediata dicitur præeunte Hülsemanno in *Extensione Breviarii Hülsemanni* p. 80, *Capa XIX. §. II. quando Deus solus vel huic, ut doceret, veluti Moysi, Jeremia, Paulo, &c. vel Aliis præcepit, ut hunc Doctorem designarent, quæ ratione Aaron & Eliseus à Mose & Elia vocati sunt.* Hæc explicat solidissimè acutissimus Theologus Dn. Scherzerus in *Breviar: Hülsem. enucleato atque aucto* C. XIX. p. 1440. ubi eximie de *Aarone & Matthia* differit evincens, quod illa ipsa vocatio horum fuerit omninò immediata. Mirabar ergo, quod Dn. *Freylingshausen* in *der Grundlegung der Theologie* P. II. Art. XXI. §. III p. 385. non tantum exemplum Aaronis omiserit, sed & constitutionem Matthiæ Apostoli inter hæc retulerit, quæ ordinariè toti cuidam cœtui sunt communia p. 386. scribens: *Zur übrigen kömmt das Recht/ Prediger zu bestellen/ der ganzen Gemeinde Christi zu/ wie aus der Praxi der ersten Apostolischen Kirchen zu sehen ist. Ap. Gesch. I, 15 f. VI, 4. XV, 22. 25.* Primum namque exemplum fuisset simpliciter eximendum, quamvis enim Apostoli fuerint precati super instantem actum, ipsæ tamen preces cuncta ad Deum referunt, dum ita sonant: *Σὺ κύριε καρδιογνώσκει πάντων ἀνάδειξον ἐκ τούτων ἕ δύο ἕνα, ὃν ἐξελέξω!* Tu Domine, omnium qui corda nosti, ostende, utrum elegeris ex his duobus. *Nondum judicârunt, sese esse idoneos, ut ipsi ex sese facerent electionem, eorū cupiunt aliquo signo edoceri, dicit Chrylostomus Hom. III in Acta Ap. C. I.* Postea igitur sorte usos fuisse, citra revelationem, est improbabile utpote quæ Deo transcribitur soli: *Conf. Prov. XVI. vers. ultim. & Scherzerus concinnè adji-*



adjicit l.c. *Nisi Apostoli per divinum instinctum sortem*  
*adhibuissent, Deum tentassent.* Eventus ergo fortis  
 soli huic divino cedit arbitro, citra Apostolorum  
 electionem, de quorum seqvela ac eventu demum  
 vers. 26, dicitur *καὶ συγκαταΐθησαν & sorte simul electus*  
*est per immediatam sc. Dei significationem,* quomodo  
 verba hæc sunt explicanda per hanc prægnantem  
 rationem, quia, si circa electionem cuncta fuissent ordi-  
 naria, nec Matthias potuisset evadere Apostolus, ut-  
 pote vocorum specialis erat character, *per immediatam*  
*vocationem universali applicatum esse prædicationi.*  
*Vid. Collegium Heresiologicum MSS. Magnif. Dn. D. J. N.*  
*Quisforpij Patroni ac Superintendentis nostri estimati-*  
*ssimi quod inter κατήχησιν Academicorum Studio-*  
*rum pretiosiora reperit semper, & quidem de Pseu-*  
*do-Apostolis §. 1. item post plures Dn. Theodorus Akers-*  
*loot Minister Valkenburgensis over de Send. Brief aan de*  
*Colossensen p. 5. f. Gerhardus itaq; Tom. VI. Loc. Theolog.*  
*p. 148, electioni Matthianæ hæc tandem adjecit: Inter-*  
*rim fatemur in vocatione hac immediata per sortem, & inter*  
*reliquas mediatas vocationes esse aliquam differentiam, quia in*  
*hac immediata Matthie vocatione non debebat una persona de-*  
*terminatè eligi, sed divino judicio alterutrus electio commen-*  
*dari, verùm in vocatione mediata Ecclesie competit determinata*  
*unius persona electio & vocatio.* An interim hæcce vo-  
 catio hodie adhuc obtineat per antithesin inclarescat  
 aliò tempore Paulus certè nostro in loco ne Creten-  
 sibus quidem immediatè mittendos polliceri cupit,  
 quales paulò ante divinitus erant missi.

§. XXIX. Postquam enim cessaverunt pri-  
 ma Novi Testamenti tempora, obtinuit postmodum  
 sic dicta Vocatio Mediata, quam solam nostro in lo-  
 cò

cō Paulus deposcit, & commendat suo Tito : ἵνα αὐτὸν  
καταστήσῃ κτ' ἄλλων πρεσβυτέρων, ὡς ἐγὼ σοὶ διεξέειπα du-  
plici nomine hic insinuat *Vocatio mediata*, altero  
Pauli divinitus quidem, sed ministerialiter tamen  
præcipientis; altero Titi presbyteros ex præcepto  
Cretæ præficiētis. Est autem *Vocatio mediata*, qua  
quis mediante Auditorum & aliorum Doctorum oratione  
ad Deum, deliberatione, scrutinio, consensu, & invita-  
tione vocatur ad docendum Vid. Hülsemannum l. c. p.  
604. §. III. πῶς ἢ κηρύξουσιν, εἰ μὴ ἀποσταλέωσι quomodo enim  
predicabunt. si non missi sūt? cum nemo sibi ipsi sumat ho-  
norem Hebr. V, 4. Vid. Thummium *Inpietate Pho-*  
*timiana de Ministerio Ecclesiastico* p. 540. f. Sic Acto-  
rum XIV. 23. de Paulo & Barnaba memoratur: χει-  
ροτονήσαντες ἢ αὐτοῖς πρεσβυτέρους κατ' ἐκκλησίαν προσ-  
εξέειπαι μετὰ ἡρώων παρέδωκε αὐτὸς τῷ Κυρίῳ, ἕως ἄν  
πιπίσειεν αὐτοὺς. Protenſa manu constituentes ipsis Pres-  
byteros per Ecclesiam, orantes cum jejuniis commenda-  
runt illos Domino, in quem crediderant. Providè com-  
mentatur Chemnitius *Exam. Decr. Conc. Trid.* De Sac-  
ram. Ordinis §. VII. p. 422. a. Non sibi solis jus & autori-  
tatem electionis, & vocationis sumpserunt, sed Lucas uti-  
tur vocabulo χειροτονήσαντες, q. 2. Cor. 8. de electione, qua  
fit voce s. suffragiis Ecclesie usurpatur, sumptum enim est  
à græca consuetudine, qua suffragia porrectis manibus  
ferebantur, & significat suffragiis aliquem vocare, de-  
signare, aut consensum ostendere. Addantur Calovii  
B. 7. ad hunc locum & Gerhardus l. c. p. 101. Eadem  
ratione Paulus Timotheum Ecclesie Ephesinæ præ-  
fecit & memorem hujus suæ voluit ordinationis,  
monens 1. Tim. IV. 14. μη ἀμέλεις τὸ ἐν σοὶ χάρισμα  
ὃ ἐδόθη σοὶ διὰ προφητείας καὶ ἱπρόσεως τῶν χειρῶν τῶν πρεσ-  
βυτε-

*Consej.* Non negligere, quod in te est, donum, quod datum est tibi per Prophetiam cum impositione manuum presbyterii. & 1. Tim. V, 22. ipsi huic Timotheo juxta frequentiore[m] explicationem jus & consilium dat, quo fit circa ordinationem ministrorum utendum, scribens: *χειρὸς ταύτης μὴ ἀδὲς ἐπιθῆταί. manus cito nemini impone!* (Ubi tamen alii connexionem strictè sectanturi, ultimum hoc dictum non ad ordinationem, sed ad absolutionem à peccatis referunt) Clarissimè cœterum citatus Chemnitius l. c. divisit ac docuit ibidem hoc modo: Illud verò in Historia Apostolica utile est observare, quod aliquando simul & Ministri & reliqua Ecclesia conjunctim proponebant & eligebant, quos judicabant idoneos, ut Act. I. Aliquando Ecclesia proponebat & eligebat, Apostolorum verò judicio subjiciebatur electio approbanda, Act. VI. Sape verò Apostoli, qui de his rebus melius judicare poterant, Ecclesiis proponebant, quos judicabant ad ministerium idoneos esse, & cum accederent suffragia & consensus Ecclesie, rata erat vocatio. Ita Paulus ad Ecclesias mittit Timotheum, Titum, Silvanum, &c. ita Act. XIV. proponuntur Presbyteri, in quos Ecclesia per *χειροτονίας* consentit. Interdum etiam quidam operam suam Ecclesie offerebant, 1 Tim. 3. Qui Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Semper tamen in legitima vocatione tempore Apostolorum aderat & requirebatur consensus Ecclesie, judicium & approbatio ministerii. Ita Titus in Creta præfectus fuit gubernanda & moderanda electioni Presbyterorum, ut ritè illa fieret, utque ordinatione approbaret & confirmaret electionem ritè factam. Utitur enim Paulus Tit. I. de constituendis Presbyteris, eodem verbo, quod exstat. Act. 14. ubi simul mentio fit & *χειροτονίας*, & constitutionis

F

Pres.

Presbyterorum. Et Tito precipit, ut eos, qui in doctrina non sunt sani, nec docent, quæ oportet, severe arguat, hoc est, sicut clarius inquit 1. Tim. V. Ne cito manus alicui imponas, ne communices peccatis alienis, approbando sc. electionem aut vocationem non ritè factam.

§. XXX. Constat ex his, quod Titi nostratis constitutio Episcoporum & Presbyterorum fuerit mediata atque ordinaria; sed dubium superest certissimum, quoniam hac ordinaria tum polluerint ministros vocandi facultate? Pro temporum ratione Magistratum aliquando non fuisse adhibitum Antiquitas luculentis prodidit indicii, hinc Pufendorfius in der Einleitung Cap. XII. vom Pabst §. 10. exactissime decidit: Weil Anfangs die Hohe Obrigkeit sich der Christlichen Religion nicht annahm / so geschah es / daß die Christen selbst unter einander ohne Zuthun derselben den Gottesdienst bestellen / und die eufferliche Direction der Kirchen / so guth sie kunten / handhaben müsten. Inmassen es mit allen Gesellschaften zu geschehen pfleget / die in einem Stat ohne Wissen oder Bewilligung der Hohen Obrigkeit entstehen / daß die Gliedmassen derselben unter sich selbst müsten zusehen / wie ihr Werck am besten einzurichten und zu regieren sey, auch gewisse Directores und Ordnungen dazu sehen und machen. Denn sonst nach der Politie, die auff den Natürlichen Recht gegründet ist / die Bestellung und eufferliche Direction des öffentlichen Gottesdiensts der Hohen Obrigkeit zukompt. Doch weil diese sich ihres Ampts dicsfalls nicht annehmen wolte / müsten die ersten Christen unter sich selbst ihre Kirchendiener anordnen / und sie durch guthherziger Leute Almosen besolden.

**solben.** Conf. Danhäueri Hodosophia Phænom. II.  
 l. N. (C) f. pag. xi. Scherzerus in Brev. Hölfem.  
 enucleato Cap. XVIII. §. XV. p. 1375. f. & Geilfuef.  
 Politic. Exercit. II. §. XI. n. 59. Hac enim ra-  
 tione vocatio primitivæ Ecclesiæ legitima fuit, si  
 cœtus aliquis fidelium ad mandatum DEI, juxta quod  
 Ministrorum constitutio erat necessaria, non tantum  
 quoad ordinem & decus, sed ipsa necessitate mandati  
 divini, quendam ex medio sui, secundum ordinem  
 Apostolicum exploratum, sibi constituit Ministrum,  
 illique jus concessit in Ecclesia ordinariè docendi ac  
 publicè loquendi, omniaque quæ decorum Ecclesiæ  
 & auditorum ædificationem spectant, suo nomine  
 administrandi. Absolvit hæc promptissima qua-  
 dam figura Beierus in *Differt. cujus Thema Minister Evan-  
 gelicus ritè vocatus* §. XXI. ubi asseruit ista: *Ecclesia quo-  
 ad regimen externum Aristocratica quasi est, quod facit Ser-  
 vatoris ordo & mandatum Matth. XXII. 29. Ephes. IV. 11. 12. ubi  
 inter docentes ac discentes manifestum discrimen constituitur,  
 quod & observarunt deinde Apostoli in sua praxi, & Successo-  
 ribus suis in mandatis dederunt. Vide iterum Paulum 1. Cor.  
 XIII. collato cum priori ad Tim. IV. 14. ubi per Πρεσβυτήριον  
 Senatus Ecclesiasticus, qui nomine totius Ecclesiæ colligitur,  
 quem etiam Ignatius Ep. ad Magnesium ἐκ τῶν κληρῶν καὶ πρῶτος  
 primæ Ecclesiæ collegium Presbyterorum dixit, intelligitur. Di-  
 vina itaque hoc sensu vocatio idem est, quod mediata. Divina  
 verò, quæ per homines fit, ratione agentium inter se humana  
 dicitur; divina tamen est & manet eatenus, quatenus summus  
 Auctor & Director vocationis est DEUS; quatenus item vocatio  
 se habet justè ad ordinem ab eo præscriptum. Unde Paulus,  
 quamvis à Jesu vocatus, ab Anania tamen institui debet Act.  
 IX. 17. seq. Exigendum etiam hoc est exemplum Timothei à  
 Presbyteris ordinati ad munus, quam ex præmissis rationibus  
 divinam fuisse satis sic constat.*

§. XXXI. Credit quidem Dn. Limborg *Theol. Christiane Lib. VII. Cap. IV. §. XV. p. 751. seq.* quod præter generalem Ecclesiæ constitutionem minister nihil habeat, à quovis Ecclesiæ membro separati, unde etiam ipsam hanc missionem necessariam negat in prima Ecclesiæ institutione, aut in ejus restitutione, cum ordo est collapsus, aut ii, qui secundum ordinem receptum missi, à veritate deflectunt, scribit namque § XIV. l. c. Ratio est; Quia Episcoporum officium nihil singulare continet ultra officium omnium fidelium, duo quippe ipsis incumbunt; ut ecclesiam doceant: & regant: De doctrina precipitur I. Tim. IV. 13. 2. Tim. I. 13. II. 25. IV. 2. Tit. I. 9. III. 8. 9. Atq. id commune est omnium Christianorum officium ad Col. III. 16. Discrimen itaq. inter Episcopum & privatum fidelem in eo solum versari videtur, quod Episcopus ab Ecclesia specialim sit delegatus, ut officium, quod unicuique incumbit, totius Ecclesiæ nomine administret. Conf. Spenerus in der Rettung der Evangelischen Kirchen contra Grabium p. 71. f. & de geminis hanc sententiã attingentibus Scherzerus Brev. Hülfem. enucl. p. 1353. Sed præter id, quod Paulus h. m. non indignisset monito de constituendis per singulas Civitates presbyteris, ipsæ etiam circumstantiæ locorum, quæ Dn. Limborg cumlavit, nondum sunt adeo indubiæ, ut simpliciter ad quævis Ecclesiæ quadrent membra, idque in quibusvis officii Ecclesiastici partibus. Sic scribi poterat ad Colossenses Cap. III. 16. ὁ λόγος ἔχει καὶ ἐν ὑμῖν πλεονάζων, ἐν πάσῃ σοφίᾳ, διδάσκοντες καὶ ψαλλόντες ἑαυτοῖς, ψάλλοις, καὶ ὑμνοῖς, καὶ ᾠδαῖς πνευματικαῖς ἐν καρδίᾳ ᾄδοντες ἐν τῇ κυρίῳ ὡς ἐκ τῆς καρδίας ὑμῶν τῷ κυρίῳ. Verbum Christi habitat inter vos abundantiter, in omni sapi.

*sapientia, docentes & admonentes vos ipsos, psalmis &*  
*hymnis & canticis spiritualibus in gratia, canentes in*  
*corde vestro Domino. Ultronea siquidem concessiones*  
*dantur, quod privata piorum informatio, correctio,*  
*ac excitatio sit licita, sic ἀνεβία verè Theologicà*  
*B. Gerhardus ad hunc locum in editione filii posthuma*  
*A. 1660. S. 1363. p. 137. Hic ostenditur, verbum Christi*  
*non solum sufficienter, sed etiam abundanter habere de-*  
*bere etiam laicos, & invicem semetipsos monere & doce-*  
*re. Chrysostomus in h. l. ἀκούετε, ὅσον ἐστὶ καὶ γυναῖκες*  
*καὶ παιδῶν περιστάσει πάς καὶ ὑμῖν Ἰησοῦς μάλα καὶ τὰς*  
*γενεάς διδάσκειν, καὶ οὐκ ἀπολῶς, ὡς ὡς ἔτυχεν,*  
*ἀλλὰ μετὰ πολλῆς τῆς σπουδῆς. Audite, quotquot estis, &*  
*præstis uxori ac filiis, quomodo etiam vobis præcipit, ut*  
*legatis Scripturas, & quidem non simpliciter & perfun-*  
*ctorie, sed magno cum studio, & nonnullis interjectionis.*  
*ἀκούετε, τὸ θεῖον βιβλίον, πάντες οἱ βιωτικοί, καὶ κτὰ θεοῦ βι-*  
*βλία φάρμακα τῆς ψυχῆς, εἰ μὴδὲν, ἐπεὶ βάλειθε, τὴν*  
*γῆν καὶ τὴν, κτῆσασθε τῶν ἀποστόλων τὰς πράξεις, τὰ εὐαγ-*  
*γέλια, διδασκάλους διηγεῖς. Audite quæso, ò omnes*  
*seculares comparate vobis Biblia anime pharmaca, si ni-*  
*hil aliud vultis, saltem Novum Testamentum, Apostolorum*  
*Acta, Evangelia, Magistros perpetuos. Conferantur omninò*  
*sequentia, & Scherzerus in Man. Hül-*  
*sem. p. 124. s. Quia verò his jam concessis diceretis,*  
*quod & sic ad omnes ministerii actus admittatur qui-*  
*vis: Cerre privati nequidem conventus aliquid exin-*  
*de momenti accipient, cum rectè Schelwigius in Sy-*  
*nopsi controversiarum sub pietatis prætextu inclarum,*  
*p. 309. dixerit: Verbum DEI abundanter in Christia-*  
*nis habitare potest per conventus publicos, in Ecclesia &*  
*Schola, imò & per lectionem & meditationem, quam*

quisque pro se aut cum domesticis suscipit; tametsi  
 collegia privata nullibi instituuntur. Addatur B.  
 Schomeri *Disputatio de Collegiis privata pietatis Anno*  
*1685. M. Septembr. hic publicata tota, in specie: quoad*  
*nostrum dictum § 18. & 19. Solide idcirco J. A. Lucius ad*  
*dictum Apoc. 1, 6. postquam de Spirituali Sacerdotio do-*  
*cuerat prolixioribus p. 56, s. p. 59. s. decidit hanc rem seq.*  
 Die Christen sind Priester Gottes/ nicht wegen des  
 öffentlichen Lehrampts / sondern wegen der geistlich  
 chen Opffer/ welche Sie Gott bringen sollen. Sind  
 sie alle Propheten? sind sie alle Lehrer? können  
 sie alle auslegen? fragt der Apostel Paulus 1. Cor.  
 XII 29. 30. Und ist auch eigentlich ein anders/ nach  
 Art zu reden in der Schrift/ ein Lehrer seyn / ein  
 anders ein Priester seyn/ im Neuen Testament / da  
 die Lehrer der Kirchen nicht eigentlich Priester seyn/  
 wie sie auch in den Schriften der Evangelisten und  
 Apostel nicht also genennet werden. Aber alle  
 Gläubige sind Priester vor Gott/ nicht aber in facie  
 Ecclesie für der Kirchen. Gleichwie alle Israeli-  
 ten waren das königliche Priesterthum für Gott  
*Exod. XIX. 6. Sie waren aber nicht alle öffentliche Kö-*  
*ninge oder Priester/ sondern es wurden allein gewisse*  
*Persohnen dazu bestellet. Addatur Kromayerus*  
*ad locū Apocalypseos citatump. 22. & attendatur tandem,*  
 quod hoc loco non adeo de Germana voce Priester/  
 quæ forsā à Presbyter Græcè πρεσβυτεριον de-  
 rivatur, sed de acceptione hujus vocis, *Sacrificium desi-*  
*gnans, sive sacrificia offerente sit contentio.*

§. XXXII. Ejusdem valoris erit explicatio  
 dicti 1. *Thess. V. 14. quis enim diffiteretur, quod Paulus*  
*τῆ ἐκκλησίας θεοσ αλωνιστων 1 Thess. I. 1. potuerit scribere:*

179-



ὁ ἄλλος ἄλλο ἢ ὑμᾶς, Ἀδελφοί, νεθετεῖτε τὰς ἀτάκτας,  
 ὡς ἠμυνθετε τὰς ἐκτροχίλους, ἀντιχεθετε τὸ ἀδυνατεῖν &c.  
 Hortamur verò vos Fratres; Admonete inordinatos;  
 Consolamini pusillanimes, subleuate infirmos &c. Testa-  
 tur hoc B. Schomeri Commentarius ad hunc locum se-  
 quens: Trium generum distinguit Auditores, qui indi-  
 geant aliqua cura, sive proximi, sive Presbyterorum,  
 nempe proteruos, pusillanimes, & infirmos, apud istos se-  
 curitas est, apud illos & hos contrarium, nempe vel nimius  
 timor voluntatis, vel nimia infirmitas intellectus. Et sic  
 curam & Doctorum & Auditorum exposci creditit.  
 Et tandem locus Ebr. III, 13. Ὁ ἄλλος ἄλλο ἢ ἑαυτὸς καὶ  
 ἑκάστῃ ἡμέρᾳ, ἄλλοις ἢ τὸ σήμερον καλεῖται. Exhortamini  
 vos ipsos quolibet die, quamdiu hodie vocatur. Audito-  
 ribus nunquam privilegium aliquod cum Ecclesie  
 Ministris commune arrogabit, congrue siquidem  
 Pareus Comment. ad h. l. p. 174. sequ. posuit: Remedium  
 pravitate, infidelitatis, atque defectionis illis prescribit. Est qui-  
 dem solius Dei corda renovare & corrigere, fidem ingenerare,  
 perseverantiam dare; sed hec efficit in nobis non sine nobis.  
 Non quoad ista nos de nostro aliquid asseramus; sed quod per  
 media à nobis adhibenda, Deus ea efficiat; ut sunt verbi predi-  
 catio, auditio, meditatio, Sacramentorum usus, preces & similia  
 pietatis exercitia. In his vero non postremum tenere locum mu-  
 tuas exhortationes, docet Apostolus: Sic, inquit, excutietis cor-  
 dis pravitatem & infidelitatem, ab ἀπιστία tui eritis, si  
 assiduis exhortationibus vos mutuo ab incredulitate deterrue-  
 ritis; ad fidem atq; constantiam excitaveritis. Ingens est car-  
 nis socordia, fidei infirmitas, Satana astutia. Nisi vigilemus,  
 facile obrepit securitas, qua hominem precipitat. Vigilantiam  
 vero excitant, securitatem atq; fastidium pellunt pia exhorta-  
 tiones, ex verbo Dei facte. Neque est, quoad quisquam sibi per-  
 suadeat, se hortationibus non indigere. Si enim juxta illud Poete;

Acer,

*Acer, & ad palma per se cursurus honores ;  
Si tamen borteris, fortior ibi equus.*

Certe non solis remissioribus in fide & pietatis curriculo necessarii, sed & illis, qui alacriores videntur, admodum salutaris sunt exhortationum stimuli, nec semel facta sufficiunt: sed quotidie sunt auribus ingerende, quoad, inquit, dies appellatur hodiernus: ad Psalmi τὸ ὄνυξρον aliudens, ac docens: non modo Davidis temporibus Deum locutum; sed & hodie nobis loqui, nosque ad se vocare per verbum scriptum & predicatum, ut vocem ejus quotidie audiamus. Eodem recidit, quod τὸ ὄνυξρον alii ad totum tempus vite nostrae, alii ad tempus manifestari Evangelii, alii denique ad totum tempus vocationis divinae referunt, quamdiu enim hic vivimus, & quamdiu Deus nos vocat: subinde exhortationibus mutuis excitandi & confirmandi sumus & contra obdurationem muniendi. Adde Bulcherum in Synopsi S. Theol. Methodica Cap. XXXI. De Min. Verbi §. 2. p. 38, & prævia attentione D. J. J. Breithaupt's Christlichen Suböret. p. 10. seq. & tandem de toto connexu eximium tractatum B. Mauritii, De officio Christianorum Elenchico.

§. XXXIII. In doctrinalibus, Pastorum singularia præ Auditoribus, sunt certè maxima: Quamvis enim hodie non possit expectari talis divina vocatio quæ speciali vocantis autoritate, & charismate ad id divinitus concesso obrigerit, communicato etiam cum vocatus Spiritus S. virtute *χρῆσις*; nec item donum Prophetiæ, quod usum & applicationem verbi divini ad quosvis de grege Dei pro cujusque conditione dirigat, nec dona promiscue talia, quorum 1. Cor. XII. & XIV. mentio fit, inter quæ hic loci emeret Singularis Prophetia, ac discretio Spirituum, & virtus potentissimæ castigationis, quam Paulus innuit 2. Cor. X, 8, quamque exercuit 1. Cor. V, 5, cum incestuosum traderet Sathanae ad perniciem carnis: quæ cum fastu venditant Collegiati in Anglia, quos eruditissima Dissertatione compercuit B. Schomerus, quæ inscribitur: *De Syncre*

cretismo Collegiali §. 12. f. Nihilominus tamen alia  
restant in sacris literis fundata haud vulgaria, qui-  
bus separantur omnimodo Doctores: Vid. h. l. Tit. I.  
9-11. Huc referes in primis congregationis Ecclesiasti-  
cæ publicam Informationem per sermones, exege-  
ses, & catecheses, quam Paulus. Cor. XIV. nec indoctis  
quibusque, nec omnibus promiscuè viris, nec in spe-  
cie mulieribus permittit, sed iis vendicat, qui spiri-  
tualibus ad docendum in Ecclesiâ donis cum jure  
docendi erant instructi. Exprimam, ne de publicâ  
Sacramentorum administratione jam dicam, alia  
quædam præsuppositæ. vocatione, ejusdemque  
legitimis adhærentibus, per verba B. Hülsemanni  
*extensione Breviarii Theologici, Supplem. Cap. XIII., §. II.* qui sic  
habet: *In cæteris autem cum Dogmatibus, tum rebus, quæ neque  
omnibus per se ad salutem creditu aut factu necessaria sunt,  
neque sub necessitate ad salutem requiruntur; sacror, auctoritatem  
& facultatem cognoscendi, definiendi, præcipiendi, subjektivè &  
radicaliter habere in cætu pastorum, non auditorum: Sed his vo-  
rum sive suffragium saltem approbativum competere; aut ne-  
gativum, si quidem habeant excipere. Quæ exceptione exami-  
nata & pro irrelevante declarata; de jure divino oportet laicos  
acquiescere, pastorumque decretis se submittere. - - - In reli-  
quis vero non per se, nec omnibus ad salutem creditu vel factu  
necessariis, sed quæ huic vel illi individuo, uni vel pluribus ex  
accidente sunt necessaria sive ad faciendum, sive ad omitten-  
dum, ut: quis excommunicandus, quis recipiendus sit, & qua  
de causa? quas & quales ceremonias hic & nunc recipere vel  
abrogare conveniat, alii que id genus per se & ex mandato divino,  
vel etiam ratione mediè non necessariis ad salutem consequendam  
competere facultatem tum cognoscendi, tum præcipiendi & alli-  
gandi, quæ proprie jurisdictio vocatur, subjektivè & radicaliter  
solis Pastoribus, laicis solam approbationem & paritionem re-  
linqui. Confer, ibid. Argumenta & rationes, quas*

G

lon.

longius illustratas & auctas habebis ap. *Scherzerum*.  
in *Man. Aucto.* p. 1349. quibus adjecero demum, quod  
non adeo de solo cujusvis hæc valeant iudicio,  
sed potius de toto Presbyteriali cœtu seu Ecclesia in  
complexu, in quantum simul ipsa Consistoria, iudi-  
ciaq; Ministerialia infert.

§. XXXIV. Deveniendum nunc præter illa  
singularius quoq; est ad ista, quando Dn. Limborg  
voluit quod quoad *regimen Ecclesie* nulla sit distinctio  
inter Ecclesie ministrum & quemvis laicum. Parti-  
bus hic suis tentavit conciliare dicta Rom. XVI. 17.  
2. Thess. III. 14. & 1. Cor. XIV. 40. Sed nondum cani-  
mus receptui; quid enim inferet locus *Rom. XVI. 17.*  
*ἠδὲ καὶ τὰ σκάνδαλα, ἃ ποιοῦσιν τῆς διδασκαλίας, ἣν ὑμεῖς ἐμάθετε,*  
*καὶ τὰ σκάνδαλα, ἃ ποιοῦσιν τὴν διδασκαλίαν, ἣν ὑμεῖς ἐμάθετε,*  
*πιεῖντας* Hortor verò vos fratres, ut circumspiciatis  
eos, qui dissidia & scandala contra doctrinam, quam  
vos didicistis, faciunt. Istud forsan, si vel maxime  
liberalis essem, quod omnes Presbyteri cum Audito-  
ribus, laborare debeant, ne dissidia & scandala  
orientur, & quidem quivis suo sibi que debito mo-  
do; an verò exinde fluat, quod æqualiter eodemq;  
tractandi modo laicus cum Doctore concurrat ad  
directionem Ecclesie? Minimè! Audi *Weinrichium*  
eximie commentantem p. 388. His verbis Romanos  
tanquam fratres, & ejusdè fidei socios ad singularem pru-  
dentiam & circumspeditionem exhortatur Apostolus, specie  
quodam obtestationis, ut non modo sanam doctrinam,  
quam semel se magistro & præceptore didicerant, con-  
stanter retineant, sed etiam studiosissime eos vitent, ceu  
organa Sathane, quicunq; aliud doctrinæ genus ipsis instils-  
lare contendunt, aut in dissidiis & offendiculis occasio-  
nem præbent. Duo autem potissimum agit Apostolus in hæc  
ipsa

ipsa propositione: Primum ipsa hostium Ecclesie & veri-  
 tatis doctrina caelestis genera monstrat, quorum alii di-  
 xositas seu dissensiones, alii rē orāda da s. offendicula  
 excitant: Illi quidem vel pravaram opinionum diffemi-  
 natione, aut etiam novarum Phrasium & Questionum  
 inusitatarum usurpatione intempestiva, haud alio fine,  
 quam ut pacatas scholas & Ecclesias turbent, atq; dissi-  
 pent: Hi verò vel Christiane libertatis abusu, vel etiā vita  
 ac morum turpitudine minimè ferenda. Deinde, viam  
 ac rationem monstrat, quomodo tractandi sint, & qua  
 ratione caveri possent, idq; in duabus particulis emphasin  
 singularem habentibus, quarum prior est orōda, specu-  
 lari, posterior ἐκκλῆς declinare s. devitare. Nam parti-  
 cula orōda s. speculari metaphorica est, & quidem à  
 re militari petita, ubi speculatores s. excubitores in editi-  
 ori loco s. specula quadam constituuntur, ut hostes dili-  
 genter observent, eorundemq; accessum edito signo de-  
 nuncient. Idem officium propriè Ecclesie mini-  
 stris injungitur Act. XX. unde & ἐκκλῆς sive spe-  
 culatores nuncupantur, hoc loco autem illud ipsum  
 omnibus Christianis commune facit cum discipulis non  
 minus, quàm docentibus de fide & religione aliquandò re-  
 spondendum sit. Particula verò ἐκκλῆς non minus  
 emphatica; significat enim illos tales, qui accurato iudicio,  
 impostores deprehensi sunt devitare, & perfectò odio  
 odiosè conversationem eorum, sicut de se attestatur  
 vates regius Ps. C. XIX. illa à privatis præcipit Apostolus,  
 quorum est cavere tumultus & seditiones, quid autem  
 magistratum deceat in coercendis ejusmodi turbatori-  
 bus publicæ pacis & tranquillitatis Ecclesie, id alioloco  
 ostenditur. Et in Porismatibus p. 392. addit: Ea est  
 sathana hostis versatissimi improbitas & malitia, ut

nunquam non Zizania inspergat tritico purissimo  
Matth. XIII. & sanam de Christo doctrinam fermento  
inquinet, excitando falsos doctores, & lupos graves gre-  
gi minime parcentes, nec non homines perversos & im-  
probos, qui scandala & offendicula ponunt ad seducen-  
dum innocentes. Magna contra prudentia & circum-  
spectione opus est non modo iis, quos in Ministerio ceu  
specula quadam Dominus constituit, ut accuratam &  
fidelem gregis sibi commissi rationem habeant, sed &  
privato cuiusvis, quem salutis suae cura tangit, vigilan-  
dum est, ne impostura & vasritie veteratorum ejus-  
modi decipiat. Addatur Pareus Comment. ad l. 6.

§. XXXV. Aequali facilitate dictum ex 2:  
Theff. III. 6. 14. resolvetur: poterant etiam pii om-  
nes  $\epsilon\iota\delta\epsilon\iota\sigma\sigma\alpha\iota$   $\epsilon\alpha\upsilon\tau\iota\varsigma$   $\delta\epsilon\delta\iota$   $\pi\alpha\upsilon\lambda\omicron\varsigma$   $\alpha\delta\epsilon\lambda\phi\acute{\alpha}$   $\alpha\pi\acute{\alpha}\rho\tau\omicron\upsilon\varsigma$   $\omega\beta\epsilon\iota$   
 $\pi\alpha\tau\acute{\epsilon}\rho\omicron\upsilon\tau$   $\textcircled{\ast}$ : poterant item explere monitum vers. 14.  
Εἰ δέ τις σὺν ὑπακούει τῷ λόγῳ ἡμῶν ἀπὸ τῆς ἐπιστολῆς,  
τῶν σημειῶδε. Καὶ μὴ συναναμιγνύοδε αὐτῷ, ἵνα ἐν-  
τεταῖ. Siquis verò non obedit verbo nostro per Epi-  
stolam, hunc significate, & non conversamini cum eo,  
ut pudeat: ut idcirco Ecclesiam non dirigerent sta-  
tim. Quò observato dictum. 1. Cor. XIV. 14. prò  
nobis stabit, præcipiens enim Paulus:  $\pi\acute{\alpha}\nu\tau\alpha$   $\epsilon\upsilon\sigma\chi\eta$   
 $\mu\acute{\omicron}\nu\omicron\varsigma$   $\kappa\alpha\iota$   $\kappa\acute{\alpha}$   $\tau\acute{\alpha}\xi\iota\upsilon$   $\gamma\epsilon\iota\acute{\omicron}\nu\omicron\delta\epsilon$ , omnia *decenter* & *secun-*  
*dum ordinem* fiant, hoc ipso non significat homini-  
bus tantum placitum, sed & à DEO constitutum or-  
dinem, qui quoad divinam executionem radica-  
tur equevidem in tota Ecclesia, non verò in quovis Ec-  
clesiæ membro statim, ut ex hac ratione nulla &  
obligationis & effectus ac officii distinctio; quin-  
etiamsi tota Ecclesia facultatem præsentationis, vo-  
cationis, probationis, constitutionis, ordinationis  
&c.

&c. ex mandato obtineat divino, actus tamen officii, quos Theologi dicunt internos, aliaque multa, ministris tantum vindicantur, ut, quamvis Ecclesia hanc facultatem velut divinum quoddam depositum communicaverit electo, non tamen copia constituenti arbitraria maneat, ex qua quivis æquali polleat facultate hæc omnia eadem facultate administrandi. Unde postmodum Dn. Limborg §. XII. p. 752. ac non malè per omnia scripsit: *Est talis missio necessaria, ut observetur legitimus ordo, sine quo nullus cœtus, nulla societas subsistere potest: Ut nempe spontanea submissione potestas omnibus communis, in unum aut paucos conferatur, & ut illa maxime idoneis credatur. Eaque missio divina merito vocatur, quia ministri ita missi secundum divinam ordinationem insistantur, qui hunc in Ecclesia ordinem perpetuum esse voluit, ut ex 1. Tim. III. & Tit. I. Eodem sensu quo Rom. XIII. 1. omnis potestas à DEO dicitur; quia Deus illam ordinem instituit, ut potestates multitudini regende præsent. Sed ea, quæ Dn. Limborg hic memoravit, sunt certè ista, ob quæ potestas Ministerialis non possit esse omnibus communis, quicquid namque DEUS in Ecclesia perpetuum voluit, & quidem velut tale, quod aliquibus demum conferendum, illud nunquam cunctis Ecclesiæ membris promiscue assignatum, sed velut peculium quoddam tali cœtui communicatum est, ut ut accedanea dispensatione transferatur ad illos, quos DEUS sapientissima sua directione voluit electos. Sicuti enim non prudenter satis diceretur, quod potestas magistratus sit omnibus communis, quæ ipsa potius divina destinatione ad quosdam demum, non*

G;

arbi-

arbitrio eligentium tantum, sed potissimum sapi-  
 entissima DEI ordinatione translata: ita quod *regimè*  
 spectat *Ecclesiasticum*, istud nunquam laicis, ut sic,  
 ultra privatum fidei suæ emolumentum, charita-  
 tisque exertionem competet. Scribunt equidem  
 Confessores Nostri *Apol. Art. XIV. p. 194. §. Ceterum s.*  
*Nos de Episcopia loquimur juxta Evangelium, & placet nobis*  
*vetus partitio potestatis, in potestatem ordinis & potestatem*  
*jurisdictionis. Habet igitur Episcopus potestatem ordinis,*  
*hoc est ministerium verbi, sacramentorum; habet & potestatem*  
*jurisdictionis, hoc est Autoritatem excommunicandi obnoxios*  
*publicis criminibus, & rursus absolventi eos, si cœversi pe-*  
*ccant absolutionem. Neque vero habent potestatem tyrannicam,*  
*hoc est, sine certa lege, neque regiam, hoc est supra legem, sed*  
*habent certum mandatum, certum verbum DEI, quod do-*  
*cere, juxta quod exercere suam jurisdictionem debent; nihil*  
*habent quoad hæc talia, quod Christianis promi-*  
*scuè talibus ut sic cum Ecclesiæ ministris commune.*  
 Interea vocem Jurisdictionis Confessores, (uti ipsi  
 indicant) non confundere aut opponere volue-  
 runt Politicæ Potestati. Probat id quoque *Car-*  
*propius in Isagoge p. 745. §. VII.* scribens: *Hæc tamèn potestas*  
*non est absoluta ἀντικειμένη & dictatoria, sed limitata &*  
*ministerialis, ac etiam quoad jurisdictionem, quam habet, diri-*  
*git saltèm, & exsequitur legem jamjam certis personis à Deo*  
*latam & constitutam, quia vel absolvit vel ligat &c. &c. & §.*  
*VIII.* Differt autem hæc potestas Ecclesiastica à politica *formali-*  
*ter & essentialiter, ita ut nec in esse suo; nec absolute ac simpli-*  
*citer in exercitio suo politica ab Ecclesiastica pendeat, quod ostendit*  
*A. C. &c. &c. add. Hüllemann, §. IX. seq.*

§. XXXVI. Cognita sic Ministrorum seu  
 Presbyterorum docentium maximè, & Christiano-  
 rum quorumvis seu amplius ampliusq; docendo-  
 rum atq; e Verbo Dei gubernandorum discrepan-  
 tia



tia, nunc decidendum, quo de jure circa Vocatio-  
nem Ministrorum concurrere debeant status sicut  
innoxie loquimur *Politico Ecclesiastico, & Oeconomico*:  
de quibus quidem, & eorum Juribus aliis, de com-  
mendata per Paulum τ̄ προσηυτέραν κ̄ πολὺν κατὰ σέ-  
λοquimur, aliquantum addi fas erit. Et primò qui-  
dem locò generaliter præmitto, in Primitivâ inde  
ab Apostolis Ecclesiâ fuisse Tres potissimum Ordines  
seu Status: unum Presbyterorum Docentium;  
alterum Presbyterorum Gubernantium; ac tertium  
eorum, qui ab utroque illò Presbyterorum statu  
conjunctim dirigebantur. Cujus rei fundamen-  
tum est præclarum I. Tim. V, 16. 17. ubi in Eadem  
Ecclesiâ observabis Fideles ordinarios utriusque se-  
xus, quibus alii sunt ἀρεσώτας; ac secundo Pres-  
byteros non docentes proprie, ac tamen Ecclesiæ  
præstitutos, tertioque Presbyteros in verbo ac do-  
ctrinâ laborantes. Ex quò non minima exorta est  
ansa de triplici Ecclesiæ Christianæ statu differendi.  
Non me fugit, *De Titium* vestigiis Thomasiæ in-  
herentem infestasse tres istos Ecclesiæ status, eos-  
demque *Papisticum* insignivisse *inventum*; credit enim  
Ecclesiam vel considerari quæ interna, nempe religio-  
nem & cultum divinum, vel quæ externa, videlicet ordi-  
nem & imperium; priori respectu duos solum dari sta-  
tus, doctorum & auditorum, sub quibus etiam magistra-  
tus contineatur; posteriori itidem duos, Imperantium  
& obedientium, ad quos Ministri Ecclesiæ pertineant.  
Sed si propter quemvis respectū, sive is essentialis-  
sive accidentalis, oriri soleat distinctio, quare non  
relatio ad divinam constitutionem magis distin-  
guere posset? Paginæ non ferunt prolixiorẽ hu-  
jus

ius rei inquisitionem, cum ergo *Autor* der unsecul-  
digen Nachrichten von Alten und Neuen Theolo-  
gischen Sachen/ in der lebenden Ordnung Ao. 1704,  
*succinctè non minus, quam solidè* discussisset, ista, quæ  
regeri dubiis poterant talibus, hinc iisdem appro-  
batis, sensa nunc mea simul explico: scribit verò  
citarus *Autor* n. VIII. p. 629. sequentia: *Initio* qui-  
dem *dubitatione* vacat, *modestius, nec sine præfamine*  
*indicandum esse, siquid in doctrina ab universa Eccle-*  
*sia, quam sanam habemus, cuiusque membra nos profi-*  
*temur, recepta desideremus; neque adeo decere Chri-*  
*stianum, ut censoria illam voce damnet, papisticamq; in-*  
*auditis Theologis, quibus tamen Doctorum manus con-*  
*cedit, illico pronunciet. Excusatus etiam agerent tales,*  
*si distinctionem istam statuum saltem in causis ad re-*  
*gimen Ecclesie externum spectantibus rejicerent: nam*  
*sine ulla restrictione eam damnare, id eequidem est li-*  
*neas data opera transilire. Posthac adducta in me-*  
*dium ratio dissentientem ipsum ad silentium adigere*  
*potest, neg. etiam negat, tres status in Ecclesia dari, vide-*  
*licet docentium, Imperantium & Obedientium sed id so-*  
*lum evincit, non eodem respectu status sic distingui, sed*  
*priorem solum ratione internæ, posteriores ratione ex-*  
*terne conditionis constitui, nec illos eodem semper respe-*  
*ctu, sed interdum saltem diversisq; rationibus sibi*  
*invicem esse opponendos. Sic in simili casu Republica*  
*ratione conditionis internæ dividatur in Magistratum*  
*& subjectos, ratione externæ verò in milites & cives,*  
*quorum illi defendunt patriam, hi domi eandem ser-*  
*vant, quis impedit, quominus triplicem in Republ. sta-*  
*tum dari dicamus, Magistratus nempe, militum & ci-*  
*vium? modo id moneamus, etiam milites ad subjectos*  
*perti-*

pertinere, sicut ministri ecclesie ad obediētes referuntur.

Sentiat: ideo oppugnari hanc distinctionem, ne rudes in errorem de potestate Clericorum incauti deveniant.

Respondemus tamen, eandem verò recte potius defendi, ne rudes in errorem de magistratus imperio circa interna sacrorum, deq; adiaphoria Ministerii ecclesiastici labantur: de posterioribus sanè non exiguum hodie inter nos est periculum, de priori nullum, cum Ecclesia ministri ad infima jam subsellia sint redacti. Abusos fuisse Romanenses hac partitione non negamus, at verò illam ideo rejiciendam, cum in sanò apud nos usu versetur, pernegamus. Si in Doctorum gratiam dissentientes hac talia monent, fallunt se ipsos, dum ideo blennos eosdem sibi fingunt, ut geminum distinctionis ejus usum, etsi retineatur, eos capere servareq; non posse, existimant: Sin vulgi; non minus errant, illud enim populariter docendum est, facileq; ex adversantium doctrina quatuor aut duos sibi status conciperet; Imo verò longè facilius instructi, si retenta vulgari doctrina, diligentius ipsi inculcet, etiam Ecclesie ministros magistratui subiectos esse. Sed aliud quid in recessu habet doctrina dissentientium, nimirum munus ministrorum Ecclesie esse arbitrarium atq; à Deo non institutum facileq; adeo à Magistratu abrogari posse; tum Principes absolutos esse Ecclesie Dominos, nullaque ipsi jura, nulla reservata convenire, &c. &c.

S. XXXVII. Primas ergo quoad constitutionem Ministrorum occupabit hodie gratissima sanè concessione Christianus Magistratus Politicus, cui sine ullo dubio Paulus suo quoque tempo-

H

quam lubentissimè eas permisisset, atque commenda-  
dasset una cum Tito, si in Cretâ talis existisset  
Magistratus Christianus, quali nunc eas permittere  
non detrectamus. Hæc enim Lutherana sacrisq;  
placitis stipata fides est, ex qua cum D. Secken-  
dorffio in Fürsten Staat P. II. cap. XIII. p. 288.  
quam lubentissimè profiteamur: Die Bestellung  
des Heil. Predigt-Ampts und alle darüber vorge-  
hende Ordnung / ist eine der wichtigsten Verrich-  
tungen der hohen Landes-Obrigkeit und Deroselben  
bestellten Geistl. Consistorii. Miterrima quidem,  
quin diabolica in Papatu hætenus fuit ratio sta-  
tus, juxta quam ex abusu Scripturarum, nostrique  
etiam loci non tantum *primatum Ordinis*, sed & *di-  
gnitatis ecclesiasticae* & tandem planè *politica* obti-  
nere sætegit Romanensium Spurius præsul, Vid.  
*Becmanni Not. Dign. Illustr. Dissert. XVI. Cap. I. §. IV. f. &  
Dr. Ludwigs Päpstlicher Unfueg. item Rhetius  
Instit. Juris Publ. Lib. I. Tit. II. §. 108. f.* dum Principes  
Imperatores ac Reges fulmine suo excommunica-  
torio ad incitas ferme redegit. Vid. *Lipstorfii For-  
matio & exclusio infrunita Monarchia Papalis. &  
Schurtzfleischius Dissert. XLIX. Tit. Quid expediat  
Imperio. Qvis non exhorresceret, immissus tempo-  
rum seqviorum fatis? Certè cui innotuere Moli-  
næi hyperaspistes, Barreti Jus Regis, Cisterciensis,  
Tortura torti; aliasq; contra Tyrannidem Babelis  
conscripta, & meditabitur vel unicum Regi Britan-  
niæ Henrico II. illatum facinus, qui post Thomæ  
Cantuariensis necem, cujus nequidem causa fuerat,  
& postquam se submississima excusatione Papæ  
subjecerat, nihilominus ab Episcopis Regni & monachis*

CAZ.

*Cantuariensis Ecclesie virgō casus fuit, & à singulis  
Episcopis, quinos, à singulis monachis, qui erant nu-  
mero octoginta, ternos ictus accepit & grandi are conse-  
cutus est, ne capilli ei tonderentur, id est, ne regno exu-  
tus, monasterio includeretur. Vid. Molinæus cap. XX.  
p. 146. 147. is nec mirabitur succedaneas in Imperio  
Romano grassationes; Non detinebor historia *Con-  
cordatorum, Sanctionis Pragmaticæ* aliorumqve cum  
regnis initorum pactorum: citius namqve dies,  
quam dicendorum deficeret materia, & impossi-  
bilis crederetur horrenda talis temporum varia-  
tio: Si forsàn apud Guntherum Ligurinum de re-  
bus gestis Friderici Barbarossæ Lib. V. vs. 191. f. le-  
gerit sequentia quisquam:*

----- ac ni gravis ætas & sacer ordo  
Pontificem curæ forent, aut sanguine panas  
Solveret, aut summi pateretur probra pudoris.  
Quippe vetus mos est; ut si quis rege remoto,  
Sanguine, vel flamma, vel seditionis aperte  
Turbine, seu crebris regnum vexare rapinis  
Audeat; ante gravem quam fuso sanguine panam  
Excipiat, si liber erit, de more vetustâ  
Impositum scapulis, ad contigui comitatus  
Cogat per rura canem consinia ferre;  
Sin alius, sellam, cuius dispendia pene.  
Ille palatina custos celeberrimus aula  
Non potuit vitare comes, cunctisq; videndus  
Portavit scapulis passus plus mille laur antem:

An is metuisset etiam, ne Papa omnes postmo-  
dum à jurisdictione civili exemptos voluerit Epi-  
scopos & optimè *Rittershusius in notis ad h. l. p. 100.*  
commentatur: Hic locus evidenter demonstrat Fride-  
rici temporibus Episcopos & Clericos etiam fuisse subje-  
ctos

Etos seculari jurisdictioni, cui se & suos postea subtra-  
xerunt Pontifices, hic enim cum jus vita ac necis Impera-  
tor in Arnoldum Archiepiscopum Moguntinum haberet,  
gratiam ei criminis & pœnæ fecit. Videatur Danhaue-  
rus Hodom. Pap. p. 388. seq. & Conringius de Majestate  
ejusque juribus circa sacra & prophanâ. & Illustris Klei-  
nius. De Inobedientia Impuni Cap. VII. §. 2. D. Tho-  
mæ Michaelis Conclusiones Juridicæ de SS. Cæsareæ Ma-  
jestatis, Camera Statuum Imperii & Aliorum Magistratuum  
jurisdictione §. X.

§. XXXVIII. Longè feliciores sunt No-  
strates Principes, Pace Religionis felicissima dota-  
ti, cujus justa concessio & restitutio adversus Papæ-  
os DEI gratia ad hunc diem mansit inconcussa.  
Meum non erit, ut livores irasque Romanas cum  
attentatis pessimis memorem, prostant dira istius-  
modi facinora ubivis, & qui pluribus cognoscere  
cupit agitata, legat Sam. à Remching de Pace Reli-  
gionis Dissert. I. Franciscum Burchardum de Autono-  
mia, Paul. Windek in deliberatione de heresi extir-  
pandis, Ernesti de Eusebius (qui fuit P. Biber tum de-  
functi Electoris Mogunt. Confessionarius, vid. Dor-  
schæi triumphus fœderatæ pacis p. 10. seq.) *Judicium  
Theologicum super questionem, An pax, qualem de-  
siderant protestantes, sit secundum se licita?* aliosque  
furturis hujus plures. Quali verò polleant funda-  
mento? hoc cognosces ex Scriptis Nostratum, in-  
ter quos, ut Goldastum, Hortlederum, & Wolffii Le-  
ctiones memorabiles haud attigero, dulcissima con-  
nexionem partes defendit nostras Dorscheus jam-  
dum citatus, Cœringius sub nomine Irenæi Eubuli pro  
pace perpetua Protestantibus danad. Joh. Cleinius  
Theo-

Theologia hic quondam Professor, de Criminatio-  
 nibus nonnullorum, qui pacem publicam Augustanis in  
 Comitibus sancitam ad Lutheranos, ut vocantur, Eccle-  
 sias nil attinere, aut alioquin non servandam esse hoc  
 tempore contendunt, & A. Varenius in Actis Reſtorali-  
 bus, quando Pax Religionis A. 1655. celebrabatur in Aca-  
 demia Rostochienſi &c. Princeps ergo, qui est Sta-  
 tus Imperii & procerum consensu in Matriculam  
 Imperii receptus, & ad comitia vocatus, vid. Rein-  
 king de Utroque regimine Libr. I. c. 4. c. 1. n. 21. Pauri  
 meister de Jurisdictione Libr. I. c. 8. n. 4. & Rhetius  
 Inst. Juris Publ. Lib. I. Tit. XV. 1. seq. Sicuti foedera  
 pacis & securitatis causa ferre potest (Lege Instr.  
 pacis Osabrüg. Art. VIII. p. 141. Theatri Pacis. Gau-  
 deant, dicitur, sine contradictione Jure suffragii -  
 nec non ubi pax aut foedera facienda aliave ejusmodi  
 negotia peragenda fuerint - - - cum primis vero  
 jus faciendi inter se & cum exteris foedera, pro sua cujus-  
 que conservatione ac securitate singulis Statibus perpe-  
 tuo liberum esto; addita demum clausula. Ita tamen, ne  
 ejusmodi foedera sint contra Imperatorem & Imperium,  
 pacemque ejus publicam, vel hanc imprimis transacti-  
 onem, fiantque salvo per omnia juramento, quo quis-  
 que Imperatori & Imperio obstrictus est. Et ante Pro-  
 testantium originem Auream jamdum Bullam, quae  
 Tit. XV. De Conspiratoribus agens, inserit jamdum  
 memorabilem hanc additionem: Illis consederatio-  
 nibus & Ligis duntaxat exemptis, quas Principes &  
 civitates, ac alii super generali pace Provinciarum at-  
 que terrarum, inter se formasse noscuntur: ita quo-  
 que Religionis tuendae gratia foedus posse ferre,  
 indubium est, foedera enim talia non fiebant contra

*Imperium vel Imperatorem, & si diceret quod non  
euerint salvo per omnia iuramento, quo quisque Im-  
peratori & Imperio obstrictus est; rehero, Juramen-  
tum non extendi ad jura territorialia, aliæque ma-  
jestatis speciali requisita, Vid. omnium Instar Il-  
lustris Kleinus Dissert. de Inobedientia Impuni Cap. II.  
§. 6. Cap. IV. §. 10. II. nam quivis Princeps Superiori-  
tatem & suprematum (voces enim hæc quoad status  
Imperii sunt synonymæ. Vid. Rhetius l.c. Lib. I.  
Tit. II §. 145. & Lib. II. Tit. I. §. 12.) ac Jurisdictionem  
territorialem jure suo possidet. conferatur prolixè  
hanc rem dilcuiens Dn. Chr. Thomafius in Dissertat.  
Jurispublici de Injusta oppositione Jurium Majestaticor-  
um Superioritatis territorialis §. 1. - - - 6.  
ubi & Reservata, Imperatoria vulgo venditata e-  
ruditiſſimè discussit, legatur Dissertat. tota, hinc Ofuab.  
Pacif. l.c. ab initio statim dicitur: Ut autem proviſum sit,  
ne posthac in statu politico controversiæ suboriantur, o-  
mnes & singuli Electores, Principes & Status Imperii  
Romani in antiquis suis juribus, prærogativis, liber-  
tate, privilegiis, libero juris territorialis, tam in  
Ecclesiasticis, quam Politicis Exercitio, ditionibus, re-  
galibus, horumq; omnium possessione, vigore hujus  
transactionis ita stabiliti firmatque sunt, ut à nullo  
nunquam sub quocumque prætextu de factò turbari pos-  
sint, vel debeant.*

§. XXXIX. Exercitio sic Princeps libero pollens in  
politicis simul ac Ecclesiasticis non debet constitu-  
tionem Ministrorum Papæ: quippe de quò nec cæ-  
tera Scriptura Sacra, nec Paulinus noster ad Titum  
locus quidquam novit. Hinc nostri Principes ad  
Scripturam quidem, non verò ad Papam in hoc  
nego.



negociò recurrunt. Nam Germania Duces (lo-  
quor cum Obrechtio l. c. p. 30. n. 16.) Principes, Mar-  
chiones & Comites perpetui sunt Magistratus, & perpe-  
tuas dignitates & dominia ab Imperatore pro se & suis  
hereditibus accipiunt, in quibus respectu Cesaris & Im-  
perii jus utile habent, quia in iis Casarem & Imperium  
pro superiori recognoscunt. At respectu rerum & ho-  
minum sibi subjectorum directum dominium habent, ut  
notat Gozad. Cons. 90. n. seq. & Wesemb. cons. 27. n.  
28. Vol. 1. quia quoad subditos omnia possunt, quæ Impe-  
rator in Imperio, ut pluribus confirmat Henning Gaden  
Cons. I. n. 4. & Cons. II. in princ. unde in suis terris  
magis Imperatori, quam præsidi comparantur, notat We-  
semb. d. Cons. 27. n. 28. ex sententia Baldi in L. receptitia  
in principio, C. de Const. Princip. Quin imò cum aliis  
id quoque dixerim de Protestantibus Principibus  
quod plus valeant in territoriis suis, quam Impera-  
tor in Imperio, ubi Papa quoad Clericos suos adhuc  
scolestè obtinet. Nam A. Confessione addicti  
Principes superioreitatem sacram liberrimè & inde-  
pendenter in omnibus illis causis, in quibus olim E-  
piscopis Germaniæ & Pontifici Rom. jurisdictio  
aut jus aliquod competiit, exercent. Vid. Dn. de  
Rhez. Dissert. de J. Stat. Imp. circa sacra Cap. V. §. 19.  
& quamvis J. Pac. Osnab. Art. V. n. 6. p. 113. de Titulis  
principum Ecclesiasticorum ex Augustana Confessione ita  
convenere, ut absque tamen præjudicio status & digni-  
tatis titulis Electorum, & Postulatorum in ArchiEpisco-  
pum, Episcopum, Abbatem, Præpositum, insignian-  
tur, non tamen ut Episcopi, quorum jura sedi man-  
ciparentur Papali, sed ut Principes superioritate  
territoriali fungentes, ministerium Ecclesiasticum  
con-

constituunt. Vid. Dn. de Rhez l. c. Cap. II. n. 10. H. Ger-  
hardus de Magistratu Politico §. 179. Hom. VI p. 832. soli-  
dè hinc scripsit: quæ ad jura Episcopalia referuntur,  
non sunt ejusdem generis omnia, quædam enim juxta  
prescriptum verbi Episcopis, h. e. juxta Scripturæ no-  
menclaturam ministris Ecclesiæ competunt, ut predica-  
re verbum, administrare Sacramenta, penitentes ab-  
solvere &c. Ea Magistratus Politicus nequiquam sibi  
vindicare debet, nec in Ecclesiis nostris sibi vindicat;  
Quædam vero juxta ejusdem verbi prescriptum Magi-  
strati Christiano competunt, ut visitationem Ecclesia-  
rum instituire, Synodos convocare, hereticorum ra-  
biem coercere, pacem & tranquillitatem Ecclesiæ procu-  
rare &c. ea vero ad jura Episcopalia referuntur, non  
quod juxta prescriptum verbi ad Episcoporum propriis  
dictorum munus pertineant, sed quod Episcopi Pontificii  
tempore Papatus excluso Magistratu Christiano sibi solis  
ea vindicârunt, quæ per Passaviensem Pacificationem,  
ipsis velut injustis possessoribus erepta, & Christiano ac  
pio Magistrati restituta sunt: Addatur Hordeder  
De Bello Germ. Lib. I. Cap. XXX. p. 263. & sic antiquiores  
malè crediderunt quod Jus Episcopale Principibus vul-  
go tributum inferat talem ordinem, cujus ratione Epi-  
scopis concessa est potestas docendi v. rbum Dei, admini-  
strandi Sacramenta, peccatores ligandi & absolvendi,  
quodq; hoc principes nostri exerceant per Superinten-  
dentes & Hæologos suos conf. D. Augustinus Strauch  
De Germanorum Principum jure §. XLV. Rectius e-  
nim cura Religionis & defensio Ecclesiæ non mi-  
nus, quàm publicæ administratio officio Magi-  
stratus Politici assignantur. Vid. Carpzovius in Ju-  
risprudencia Ecclesiastica Lib. I. Tit. I. §. 1. n. 1. ubi  
plu

plures in hanc causam citavit Autores, & Becmanus *Med. Pol. Cap. XVII. §. III.* Neque obstat, quod Scriptura Nov. T. de eo nihil moneat, sicut enim in Vet. T. eò plura istac de Principum circa Religionem curà leguntur: ita facile ex Apostolorum coram Synedrio sermonibus, & Pauli coram Cæsare religionis suæ non minus, quàm probitatis defensione intelligitur, quàm lubentissimè omnia sua circa Ecclesiam Jura Magistratibus futura fuisse permissa, dum illi iisdem uti voluissent. Sed illa sunt satis conspicua.

§. XL. *Actus igitur externi Religionis,* quibus humana societas lædi pòtest, & è contra maximè juvari, cedunt omninò Magistratui. Ita *Jus ferendi Ecclesiasticas Leges.* Cont. Scherzerus Man. Hülsem. pag. 155. *Jus Religionem mutandi,* quod tamen quoad Protestantes Principes restricti, vid. *Illustris Kleinius Dissert. cit. Cap. VII. §. VI. p. 112. ferias ordinandi,* conf. limatiori tamen judicio D. *Joh. Sam: Stryk. De Jure Sabbathi Cap. II. n. 7. seq.* *Becman. Med. Polit. Cap. XVII. §. IX.* quin & aliquo modè *Jus reformandi Calendaria.* Vid. Reinhardum *Theatro Prudentiæ elegantioris Cap. X. §. 16. n. 53.* quare communi omnium Evangelicorum statuum placito recepta est Calendarii emendatio. *Vid. Nov. Lit. Mar. B. Anno 1700. p. 13.* ubi eximiam Dn. Flackslandii Epistolam ad Exc. Dn. Fechtium non sine svaviore gustu releges pag. 6. seq. Optandum foret interea, si Illustrissimi Principes Astrologiam judiciariam corrigerent, quin omnino demerent: Non possum siquidem non assentiri D. Fechtio, qui in *Sylloge Recent. Controv. Diss. IX. de Creatione §. IX.*

ex

ex justo decidit Zelo: Astrologia judiciaria tot legibus  
& Politicis & Ecclesiasticis ex Imperiis & Ecclesiis ex-  
acta, iniquissime hodie in quibusvis ferè Calendario-  
graphis toleratur Deut. XIIX. 10. 11. 14. Ac porro:  
Jus dicendi Concilia, quod quidem delegari poterat E-  
piscopis, non alienari, legatur Scherzerus Man. Hul-  
sen. p. 179. seq. item Carpzovii J. E. Lib. I. T. I. D. 5. n. 1.  
Jus Consistoria constituendi, cujus tenor ex Ordinatione  
Consistorii Meclenburgica svavissime constabit,  
dum gloriosissimæ recordationis Principes Johannes  
Albertus & Ulricus hae quidem forma pientissime in-  
choaverunt: Nachdem Uns der Ewige / Allmächt.  
tige / getreue GOTT zu diesen letzten böden Zei-  
ten sein heiliges Wort aus unaussprechlicher Gü-  
the und Barmherzigkeit geoffenbahret und zu er-  
kennen geben / welches wir auch mit herzlichem  
Freuden und Dancksagung angenommen / Unsern  
Unterthanen lauter und rein predigen und fürtra-  
gen lassen / und durch Gottes Gnade bis anhero  
getrost und unerschrocken bekant / auch vermittelst  
seiner Hülffenn Beystandes bis an unsere Grube da-  
bey zu verharren / und dasselbe als den edelsten und  
theuersten Schatz dieser ganzen weiten Welt un-  
verfälscht auff Unsere Nachkömlinge zu bringen /  
Uns nicht allein in Krafft Unsers obliegenden von  
GOTT befohlenen Amptes schuldig erkennen / son-  
dern auch höchstes Fleisses angelegen seyn lassen /  
inmassen Wir auch um solcher Ursache willen  
Unsere Universität zu Rostock mit einem stattlichen  
jährlichen Einkommen zu Unterhaltung der Lehrer  
der Heiligen Schrift und anderer guten Lübli-  
chen

chen Künften/ auch der armen unvermögenden Ju-  
gend sonder Ruhm Fürslich und mildiglich bega-  
bet/ versorget und versehen; Und Wir denn die  
Zeit über so Wir aus Göttlicher Verleihung in  
Ihrer Fürstl. Lande Regierung geseffen/ mehr denn  
zuviel vermercket und befunden/ daß es ganz und  
gar ein unmöglich Werck die wahre Religion/ rech-  
schaffen Gottesdienst/ heilsahme/ nützliche und woll-  
geordnete Ceremonien/ Christlichen Gehorsam  
und Wandel/ ehrliche gute Zucht/ auch friedfer-  
tige/ gleichstimmige Einhälligkeit in Kirchen und  
Schulen zu erhalten/ und dagegen Vergerniß/ Zwie-  
tracht/ Zwiespalt/ Gezänck/ Unrath und Zerrüt-  
tung/ von welchen Unsere Widersacher Ursach  
und Gelegenheit zu Verachtung/ Schmeb- und  
Lästerung des heilwertigen und allein seligmachen-  
den Wortes Gottes nehmen/ abzuwenden und zu  
verhüten/ ohne Bestellung/ Verwaltung und Hand-  
habung eines gemeinen/ gewissen und beständigen  
Kirchen Gerichts/ zudem auch/ daß zu Hofe und  
für Unsern Land-Gerichten den Ehesachen und an-  
dern zu Schulen und Kirchen gehörigen Händeln  
schwehrlich mit Fueg und Bequehmlichkeit abge-  
wartet/ noch dieselbige jederzeit nach erheischender  
Nothdurfft ordentlich und schleunig verhöret/ ver-  
richtet entschieden und gewehret werden können.

Als haben Wir demnach zu Gottes Lob/  
Ruhm/ und Preiß/ Heiligung seines theuren Nah-  
mens/ Pflanzung und Ausbreitung seines Heili-  
gen Wortes/ und fürnehmlich zu gemeinen Trost  
und Erbauung/ Wohlstand/ Friede/ Ruhe und  
Einigkeit/ Schutz und Schirm der Kirchen- und  
Schul-

Schuldiener in Unsern Landen und Fürstenthümen/  
mit vorgehabten guten zeitigen Rath vieler bewer-  
ther / trefflicher / Gelehrter und Erfahrer Persoh-  
nen von Unseren Theologen auch Land- und Hoff-  
Räthen nachfolgende Ordnung eines Christlichen  
rechtmäßigen Consistorii oder Kirchen Gerichts be-  
greiffen und fassen lassen / mit sonderlichen Fleiß  
und Andacht bey Uns selbst erwogen und beliebt  
und bestättiget / durch den offenen Druck publici-  
ten / der ungezweiffelten Hoffnung und Inversteht /  
wen solche nothwendige auch heilsahme Bestellung  
des Regiments der Kirchen nicht länger veräußmet  
noch verzogen / sondern auff Gottes Befehlig durch  
Uns treulich und nach dem Maß Unsers von seiner  
Allmacht gnädiglich verliehenen Vermögens ins  
Werck gesetzt / Christlich geführt und gehandha-  
bet / und also nach Gottes Reich als den höchsten  
Guth zum ersten und fürnehmsten getrachtet wird /  
es werden auch alle Rathschläge / Händel und Ar-  
beit / im Weltlichen Regiment laut seiner wahren  
unwandelbaren Verheißung und Zusage um so  
viel desto mehr Seegens / Glücks / schleunigen Fort-  
gangs und gedeiligtes Auffnehmens / gewinnen und  
behalten. Addatur Dn. Reinking de Regim. sec. &  
Ecclesiast. Lib. III. Class. 1. Cap. 10. n. 7. Cothmannus 2.  
Conf. 64. n. 63. seq. & Danhauerus Hodosophia Phan.  
II. pag. 96. seq.

S. XLI. Restant adhuc plura, quæ nu-  
merari solent velut Magistratui Ecclesiastico, quo-  
ad Ministerium competentia, ut *Administratio &*  
*gubernatio bonorum Ecclesie mobilium atq. immobili-*  
*um, Conservatio domuum Religiosarum, Visitatio ratio-*  
*num*

num & Actuum Ecclesiasticorum, Publicatio decretorum circa sacra, Punitio delinquentium per multam pecuniariam, suspensionem, remotionem aut translocationem itemq; relegationem, Dispensatio de gradibus iure divino haud prohibitis, Collatio privilegiorum, dignitatum aut prerogativarum, Emendatio aut Comparatio Salariorum &c. &c. Vid. Scherzeri Systema p. 73r. sed quod excreverint jamdum chartæ, his speciatim immorari haud licet. Unicum tamen illud tangere cogor, quod habeat Jus constituendi Ministros Ecclesiasticos. Quæritur hic igitur primo statim exordio, An hocce jus sit solius Principis citra Ecclesiæ totius concursum ac consensum? non nego, quod variet in his talibus quàm sæpissimè processus, nec diffiteor, cum B. Scherzerol. c. p. 1449. quod Jura variari possint, constat enim hoc inde, quia ista variatio nullibi in Scripturis prohibita est; modo id observetur, ut electio & vocatio Pastorum complexè sumpta maneat communis omnium trium Hierarchiearum, (etsi quædam remotius, quædam proximius & immediatius insuat)  $\delta\pi\alpha\tau\iota\lambda\epsilon\sigma\mu\alpha$ , faciente qualibet, quod suum est, cum communicatione alterius; quamquam enim influxus in se singularum Hierarchiearum sit juris divini, ordo tamen & modificatio ejusdem influxus salvo jure divino cadere potest sub conventionem humanam & consuetudinem, variabilem pro conditione & opportunitate cujuslibet Ecclesiæ, prout magis minusve commodam videbitur. Interea quoad ipsum jus tribus Ecclesiæ statibus ex æquitate competit: Pugnare quidem Doctores Ecclesiæ antiquiores & hodierni adhuc plures, quod primæ vices competant Presbyterio; Vid. Qvenstedium System. Part. IV. Cap. XII. Sect. I. §. IV. n. 1. scribentem: In Ministrorum vocatione primæ partes debentur Episcopis & Presbyteris, secundæ Magistratui seculari, sed & tertio

sequitur populi Christiani suffragium & testimonium,  
Cont. Winklerum Tom. III. Disputationum Giessensi-  
um n. 1. §. 21. seq. & promiscuè innumeros. Sunt &  
alii, qui Principibus simpliciter hoc jus dicatum cu-  
piunt, inter quos G. J. Vossius eminent, quem retu-  
tavit D. Fechtius in *Comp. Theol. Antih. Cap. XI. De  
Min. Eccl. §. XII. MSS.* Sed media incessurus via, opi-  
nor, quod Principi certo respectu post ipsam verbi  
divini administrationem quæ indubie Ministris  
actu separatis vindicatur, concedi possint primæ  
partes quoad eligendum: est namque Principis,  
prima subjectorum designatio, & jussio ad Superin-  
tendentem, ut ad tentamen vocetur; Est item Mâ-  
gistratus determinatio dierum, quos habendis con-  
cionibus probationis præfinitos cupiunt, & cætus  
Ecclesiastici convocatio ad instantem Electionem:  
& deinde primus de jure magistratus est in ferendis  
votis, confirmatione, vocatione dijudicandâ, man-  
dato Ordinationis, ut reliqua taceam; unde talis  
primatus non erit denegandus. Nec metuo hic  
verba Heshusii, quæ Milenta exhibuit *Disp. XV. Col-  
legii Corporis Doctrina Prutenicarum Ecclesiarum Theo-  
rem 13. n. 18.* qui inter paradoxa numerare non  
dubitat hæc quorundam dogmata. 1. Die Welt-  
liche Obrigkeit sey das fürnehmste Glied der Kirchen  
Christi. 2. Die Weltliche Obrigkeit habe vermöge  
ihrer Weltlichen Herrschaft frey / und Gerechtigkeit  
Kirchendiener zu wehlen / zu beruffen / aufzustellen:  
ac subdit: Das solte woll ein Stück seyn von dem  
Päpstlichen Kaiserthum &c. Nam si respectus pa-  
palis absit tyrannidis, de nullo horum dubitabi-  
tur ritè, cum jam 600 ferme annos ante Papatus in-  
fer-



ternale fastigium Justinianus Imperator aliqve  
cum eo Jus Patronatus concesserint, ac stabilive-  
rint. Vid. D. Unrath *De Jure Patronatus Ecclesia-  
stico Membr. II. §. I.* & si DEUS ipse à Magistratu  
exoptere voluit observationem verbi, *Deut, XVII.*  
*18. seq. Jos. I. 13. & c. & c.* ut tali ratione nutritij Ec-  
clesiæ *Ef. XLIX. 23. cont. cap. LX. 10.* evadant, pro  
quibus quoque fieri debeant deprecationes, oratio-  
nes, postulationes, gratiarum actiones, velut  
*ὕπερ τῶν ἐν ἡσυχίᾳ ὄντων 1. Tim. II. 2.* & quidem in  
hunc scopū, non tantum ἵνα ἡρεμον καὶ ἡσυχίον βίον ἀΐ-  
σωμεν, ut tranquillam & quietam vitam degamus, quod  
Politice fieri poterat, sed βίον ἐν πίστει εὐσεβείᾳ καὶ σ-  
μωτῇ τι vitam quæ ducitur in omni pietate & honestate  
cum tanta emphasi, quo posset subjici: τὸ π γὰρ  
καλὸν καὶ σωθεῖν ἐν ἡμῶν ἑ σωτῆρ ἡμῶν Θεῷ, ὅς πάν-  
τας ἀνθρώπους θέλει σωθῆναι καὶ εἰς ἰππίγνωσιν ἀληθείας  
ἔλθῆν. Hoc enim est bonum & acceptum coram servatore  
nostro DEO, qui quosvis homines vult salvari & ad a-  
gnitionem veritatis venire, addideris Systemata-  
passim. Quis ergo miraretur Antiquitatis sacram  
reverentiam, qua exceperunt Regnantes? Sic Leo  
primus prudentissime ad Leonem Imperatorem  
scripsit: *Debes Imperator incunctanter advertere, Re-  
giam potestatem tibi non solum ad mundi regimen, sed  
maximè ad Ecclesie presidium esse collatam.* Ambro-  
sius in Epist. ad Valentin. addit hanc rationem: *Cum  
omnes homines qui sub ditione Romana sunt, vobis mili-  
tent Imperatoribus terrarum atq; Principibus tunc ipsi  
vos omnipotenti DEO & sacre fidei militatis.* Adde  
Augustinum ad Crescentium *Lib. III. Cap. 51.* Reinhar-  
dum *l. c. p. 1003.* & Carpzovium *J. E. Lib. I. T. III.*  
Defi

Def. XXIX. item de dictis Biblicis horsuffi adhuc spectantibus *Theologi* passim.

§. XLII. Audio hic Instantiam formari non levem; quod sic ad interna Religionis admittatur *Princeps*, & ex membro Ecclesie fiat Dominus fidei absolutus. Verum uti hoc posterius inde nec sequitur, nec metuendum est, ita prius, dum distinctè rem omnem capimus, concedi sine injuriâ potest, in quantum sc. circa Interna Religionis quoque versatur, at modo quodam civili, non mystico. Quâ in re pragnantior excutienda foret quercus, nimis enim certè curiosus contra Zieglerum fuit Dn. Strikius, quando Dissertatione illâ novaturiente de Jure Sabbathi Cap. II. n. 5. & 6, ita scripsit: Videtur autem Zieglerus summus *Jctus* & Juris Ecclesiastici felicissimus interpretes in tractatu de Juribus *Majest.* Lib. I. Cap. XIII. §. 14. seq. rem non incommode exposuisse, distinguendo inter potestatem Ecclesiasticam internam & externam. Illam dicit circa Ecclesiastica exerceri ecclesiasticè scil. predicando & interpretando verbum divinum, administrando Sacramento, remittendo & retinendo peccata &c. Hanc circa Ecclesiastica, non tamen ecclesiasticè, sed modo quodam civili. Ubi nunc non morari animus est circa voces, cum aliâs pluribus demonstrari posset, non satis accuratè dici, predicationem & interpretationem verbi administrationem Sacramentorum potestatis esse internæ, cum potius interior Ecclesie status omnem potestatem respuat, & ita nulla detur potestas interna, cum omnis coactio, quæ necessario coheret potestati, abesse omninò debeat, & ministris verbi personisque Ecclesiasticis tantum directio, administratio, competat. Unde rectè Grotius, quan-

quando Pastoribus secundum regimen tribuitur, hoc intelligendum esse dicit, non de potestate iubendi quæ cum coactione conjuncta, sed de regimine declarativo & svasorio Tr, de Jur. Summar: Potest. circa Sacra Cap, IV. n. 6. seq. Cumque postmodum sensa doceret sua l. c. n. 23. & 24. hæc legimus. Rem per compendium exponimus, dicendo, ad interna referri, primum fidem ipsam & assensum doctrinae Christiana, religionemque, & conscientiam, ad ista enim, & quæ eo pertinent, neminem adigere Princeps suo Imperio potest, cum conscientia Imperio humano non subjaceant. Ita ergo princeps formulam credendorum subditis vi imperii obtrudere, aut aliquem compellere ad id, quod conscientia sua, licet erroneæ adversum credit, ut infra dicetur, non potest. Externa autem sunt, quæ ad ordinem in Ecclesia observandum pertinent, directio cultus externi actionibus debitis, tempus, locum, modum & personas præscribere, impedimenta quæque auferre, interdum præmia addere, illicitas porro actiones pœnis quibusdam, quæ in potestate sunt imperantis coercere, uti Grotius hos actus recenset, dicto Tractatu De Imp: P. P. Cap. III. §. IV. hæc arbitrio principis subsunt. Vah! quid nauci vendere diceretur, si hoc non esset? Indubia firmarem fide, quod nec Zieglerus, nec Theologorum ullus per prædicationem verbi, & administrationem Sacramenti, aliamque sanctorum rerum administrationem unquam intellexerint, vel actus certis conditionibus temporum, locorum ac hominum circumscriptos, quâ ratione utique ad externa sunt referendi, vel etiam potestatem aliquam cogendi; sed potius vis divina & ex intentione ac omnipotentia S. Spiritus concessa facultas significatur, ex qua

K

rite

rite vocatis five velint, five nolint, verbum divi-  
num est prædicandum, sicuti etiam vis, efficacia ac  
& religionem atque pietatem formans, per nullam  
coactionem exteramque potestatem evelli eradica-  
rique potest, quo respectu interna Christianismi &  
Ministerii quam optimè circumscribuntur, per actus  
iplos, qui nunquam omnimodo destituentur effe-  
ctu in hominum cordibus. *Quomodo enim invocau-  
bunt eum, in quem non crediderunt? quomodo autem  
credent, de quo non audiret? quomodo autem audi-  
ent, absque predicante? quomodo autem predicabunt  
nisi missi fuerint? Rom. X. 14. 15.* Interim divina con-  
tegat misericordia ac longanimitas odium istud in  
Ministros Vatinianum: illorum enim, quæ affectari  
dicitur, Papæ Cæsaria hoc rerum statu fati citò ma-  
nebit sopita. Conf. §: hujus Dissert. XXXVI. Fa-  
ventior partibus Ministrorum fuit Illustris Secken-  
dorffius in Fürsten Stat Part. II. Cap. XIII. pag. 289.  
monens: Bey Bestellung der Kirchen-Heupter ist  
ersthlich woll in acht zu nehmen die rechte Einsetzung  
des Predig-Ampts zu Verkündigung des Heiligen  
Worts Gottes / und Darreichung der Heiligen  
Sacramenten / welchen GOTT dem Allmächtigen  
herkömmet / und daher mit guten Gewissen  
nicht geändert / noch durch Menschliche Satzung  
verboten werden kan: Daß ein Bestalter Predi-  
ger nicht solte Gottes Wort predigen / noch die Sa-  
cramenta administriren / oder darinnen eine an-  
dere Weise brauchen / als in dem Worte Gottes  
klärlich offenbahret ist: Und in solcher Betrachtung  
sind die Kirchendiener als Gottesdiener / und in sol-  
chem

chem ihrem Handwerck der Menschlichen Noth:  
mäßigkeit Rechts wegen nicht unterworfen / ob sie  
gleich darüber unbefugte Gewalt und Verfolgung  
von ungläubigen und gottlosen Obrigkeiten leiden  
und außsehen / und sich dartzwieder / als die gedül:  
tigen / nicht setzen können / daher wird auch in die:  
sem Stück in denen Landes- und Kirchen- Ordnan:  
gen nichts versehen / als daß die Pfarrer un Kirchen:  
diener bey solchem ihrem Ampt zu Treue / Fleiß und  
guter Ordnung angeleitet / und dabey beschützet und  
gehandhabet werden / auch also der Predigt Göttli:  
ches Wortes und Gebrauch der Heil. Sacramenten  
alle Förderung und Hinwegräumung der Hinderni:  
ß wiederfahre. *Constat omnino ex his; quous:  
que Princeps ad interna Religionis & Ministerii in:  
venerit ingressum.*

§. XLIII. Nondum in Primitivâ Ecclesiâ  
ulla fuit, quantum è Sacris literis cognoscimus, vel  
disquisitio, vel disceptatio de Jure Patronatus; Ipsa  
integrâ suorum munerum sub DEO patrona erat,  
nec deerant tamen illustres ac pii quidam viri, qui  
suis in ædibus Ecclesias erigerent, quodam quasi  
cum præludio Juris Patronatus. Non minimum  
interea tamen est, quod Princeps hodie ex territo:  
riali Jurisdictione & Potestate, Jus Patronatus non  
tantum pro se tenere; sed & clementissimè cui:  
dam subditorum concedere valeat. *Quæ de jure*  
*hoc ex Papæa tyrannide monenda fuerant, lubens*  
*reticeo, quod plurima jamdum prostant, apud*  
*citatum Du. Unrathen / qui de notatione, homonymia*  
*& Synonymia, Definitione, Divisione, Origine,*  
*causa finali, principiis constitutivis, sive modis*

acquirendi, item personis administrantibus & exercentibus, oneribus, commodis, & translationibus Juris Patronatus satis prolixè differuit. Addatur *Finckelthaus de Jure Patronatus, Carpzovius J. C. Tit. II, Def. XIII, seq.* Definiebatur in Papatu *Jus gratiosum*, quod alicui vel soli vel aliis concurrentibus consensu Pontificis vel Diocessani promovendi cultus divini gratia honorem presentationis & processions, onus defensionis, utilitatemque alimentorum, si ad inopiam vergat in Ecclesia, eò quod illius quoad erectionem & conservationem, vel per se, vel respectu alterius, à quod causam habent, legitimi Autores exstant, concedit; In hac descriptione examinanda haud cruciabor, cui sufficit, quod privilegium Juris Patronatus ex Autoritate Principis, non Papæ, copiam det Patrono, ut presentatione Candidatorum ex arbitrio (rectè tamen limitato) fungatur, & Candidatos seligat ex placito, quos Episcopo postmodum commendet, ut ordinentur, ac instituantur. Vid. *Reinking de Regim. Secular. & Ecclesiast. Lib. III. Class. I. Cap. IX. n. 3.* Cum enim aliquis per Ecclesiæ instructionem, dotationem, fundi collationem, reedificationem, præscriptionem, aut speciale privilegium, gratiam, hanc Principis obtinuit, tunc facultate fruitur libera, quales velit officio vacanti destinare Candidatos, dummodo tales destinet, qui à Summorum Principum ministris ad hoc negotium delegatis, & commissionem generalem habentibus, juxta Verbum DEI in tentamine præviò quòcunque deprehensi sunt idonei. Idoneitatis enim testimonium prius habere debent, quàm Ecclesiæ præsententur, siquidem Ecclesia per Superintendentem suum jure  
meri.

meritò conscientiosè certa reddi debet, quod præ-  
 sentandi sint idonei, ne in vanum fiat post præsentationem electio; Quamobrem cum Præsentatione ipsâ, quam Tentamen idoneitatis generale meritò præcedere debet, non sunt contumenda, fieri quod solet, quæ de subsequente eorum, qui velut idonei reperti & jam nunc nominati ac præsentati Ecclesiæ sunt, ordinatâ Vocatione, ad quàm prævia Electio ac Nominatio requiratur, quamque sequi debeat Præsentatio Superintendenti, faciendâ ad Examen Presbyteriale: *Constitutio Superintendentum Meclenburgica*, hunc in finem n. 4. decrevit: Was den (NB.) **Beruff** oder Vocation der Kirchendiener betrifft/ wollen wir keines weges gestatten/ daß in Unserm Lande jemand vor einen Pastor oder Kirchendiener gefordert/ oder geduldet werde/ der nicht (NB.) ordentlicher Weise zum Predig-Ampt beruffen und eingesetzt ist. Es gehört aber zu einem (NB.) ordentlichen **Beruff** neben den Christlichen Gebet/ (NB.) erstlich Erwählung der Personnen/ die (NB.) zu lehren tüchtig/ und im Leben unsträfflich seyn/welche (NB.) **Wählung** oder Nomination Wir/ als die niemanden sein Recht zu nehmen oder abzuschneiden bedacht/ nach alten Herkommen und Gewohnheit den Patronen gnädiglich gestatten und nachgeben. (NB.) **Darnach**/ daß die nominirten Personnen dem Superintendenten des Orthes præsentiret, von ihm (NB.) in Beyseyn des Presbyterii, das ist/ etlicher Prædicanten in Göttlicher Schrift/ von der Summa Christlichen Lehre fleißig examiniret und verhöret/ und so fern Er tüchtig befunden/ und vor-

Sin im Ampte nicht gewesen / ordiniret und bestätiget / ihme auch dessen eine Ubrkumb mitgetheilet werde. &c. Conf. Agenda Eccl. Meclenb. p. 174. 2. Sic ergo presentatio ad electionem, ac nominatio, velut quæ Patroni est, à subsequente quidem, Vocationem autem antecedente, Electione, quæ Ecclesie est totius, itemque à Confirmatione, Ordinatione, ac Institutione, qui sunt sequentes Vocationem Actus Principis partim immediati, partim mediati, accuratissime distinguantur. Vid. Reinkingius hic quæ & Dn. Unrath II. cc. Ipsa autem Vocatio semper Patroni est. Interim quoad presentationem, providè prudenter ac piè procedendum est Patrono, ne tempus negligat tanto negotio destinatum, idque pro differentiâ terrarum, conf. Carpzov. J. C. Lib. 1. Tit. II. D. XV. n. 4. seq. Addo hic communicatum à Præside, nuperrimè quod ipsis Superintendentibus harum terrarum cæteris quoque ex Aula venit Clementissimum Serenissimi nostri Ducis monitum huc pertinens: B. G. G. &c. &c. Wir befehlen Euch hiemit gnädigst und wollen / daß ihr denen in Euren Districten seynden Patronis Kund machet / daß wenn ein Prediger in ihren Patronat-Kirchen mit Tode abgehen solte / sie solches Euch innerhalb 6. Wochen *à tempore mortis* zu dem Ende notificiren / damit ihr bey denen benachbahrten Prediger nöthige Anstalt verfügen könnet / wer *durante anno gratia interim* den Gottesdienst dafelbsten mit predigen auch *administratione Sacrorum* übernehnten und verrichten soll / und daß bey Unterlassung solthaner *notification* kein Prediger besueget seyn solle / *ad Instantiam Patroni*, weniger vor sich



sich selbstem sine praesentia Superintendentis und dessen  
Veranlassung den Gottesdienst dafelbst zu besorgen.  
So haben auch die Patroni dahin zu sehen/ daß bey  
Zeiten/ und zwar intra annum gratie die zu denen  
vacirenden Pastorat Stellen zu praesentiren/ Euch  
dem Ehren Superintendenti notificiret und adtentan-  
dum sistiret, auch alles solcher Gestalt veranstaltet  
werde daß mit Ablauff des Gnaden Jahres die In-  
troducchio des neu zu erwehlenden Pastoris verfüget /  
und also die Kirche mit einem gewissen Prediger  
wiederum versorget werden könne.

Quo quidem in mandato sex primas septimanas  
partim propter funebria Pastorum, partim propter  
absentiam Patronorum, qui à suis eâ de re prius in-  
formari, ac de iptorum voluntate rogari solent, per  
Clementissimum Principem concessas illis esse ac-  
cipio. Nobilis porro hæc Patronorum cura est, ut  
Candidatos sistant (1.) Legitimè natos, quamvis e-  
nim, sit tanta spurii virtus sit, ut vita honestate & me-  
ritis maculam illam facile eluat, & ab omnibus bonis  
ac honestis recipiatur, hæc sola ei nota nocere non possit:  
Vid. Thoming. ap. Carpzovium in Defin. Forensi ad  
Const. El. Sax. P. III, Const. X. D. X. n. 15. ex communi  
tamen sententia, quæ in Camera Imperiali etiam est  
recepta teste Mynsing. Cent. IV. Observ. 31. naturales  
seu spurii omnes infamia, vel saltem ejus, quæ facti dicitur,  
expertes haud sunt, non quidem ex facto suo, sed  
propter illegitimos natales, & quia ex putrido sanguine  
fuere procreati Vid. Carpzovius in Def. For. l. c. n.  
14. & i. J. C. Lib. II. Tit. XIV. D. CCXXXIV. n. 5. unde  
ap. Phil. Ludov. Aut. eum Aphor. Jurid. ad Praxin util.  
tit. cit. pag. 18. leges rubricas sequentes: Spurii sunt

infames, hinc Doctores creari nequeunt *Mysf. 4. O. 31.*  
*Spurius non potest esse notarius Alex. cons. 80. Fol. 2.*  
adjicerem nec pastor. Vid *Dn. Unrath Diss. cit. §. IV;*  
& quamvis Excellentiss. Schöpfferus *Synops. n. 4. f.*  
*p. 22.* de spuriis agens, n. 10. cautelam adjecerit  
prudenterissimam: *A Principe legitimatus tantum juris*  
*consequitur, quantum in rescripto expressum:* videatur  
turque sic docuisse, quod extraordinariâ Principis  
gratiâ multa in his possint conciliari; in votis ta-  
men manebit, ne unquam tale quid accidat, cum  
Ecclesiæ ex eo deformari dicantur, quando non  
legitimè nati ad beneficia, curam animarum haben-  
tia promoventur. *Vid. Finckelthaus l. c. Cap. VI. n. 55.*  
De reliquis levioribus maculis *Conf. Confistoria-*  
*les & Juris Consulti plures.* Optimum est, etiam in  
talibus scrutatoriis ἀνεγκλίτους esse Presbyteros, qua-  
les in omnibus certè momentis *Apostolus h. l. exi-*  
*git Tit. I, 16. 7.*

(2.) *Vita probitate morumque gravitate conspi-*  
*cuos.* Hinc *Chrylostomus Hom. in I, ad Tim. Cap.*  
*III. T. 4. p. 244.* *Eum, inquit, qui regendos alios su-*  
*scipit tanta decet gloria virtutis excellere, ut instar so-*  
*lis cæteros veluti stellarum igniculos, in suo fulgore ob-*  
*scuret. Debet hujusmodi vitam habere immaculatam*  
*atque compositam, ut omnes in illum, & in ejus vitam*  
*veluti in exemplar aliquod, quod excellens intuean-*  
*tur. Vid. Fabricii Amoenitates Theolog. p. 133. f. no-*  
*strumq; locum v. 6. 7. 8.*

(3.) *Etate maturos, nec enormibus judicii defe-*  
*ctibus laborantes. Conf. Dn. Unrath l. c. & D. Christ.*  
*Woldenbergius de etate Legali eiusque privilegii:*  
*Item De Etate Canonica & qualitate & ordine proficien-*  
*darum:*

*lorum* : itemq; Const. Eccl. Meclenb. fol. 125. Tales certe debent esse, quorum iuventus non possit iure sperni. 1. Tim. IV, 11. conf. Tit. II, 15.

(4.) Tandem studiis ac eruditione debita instructos hinc Dn. Unrath exhibet *Ordinationem Ecclesiast. August. Elect. Saxon. sub Tit. vom Veruef der Kirchendiener* / quæ ibid. sic habet: So jemand das *Jus Patronatus* oder *Collectur* zu einiger oder mehr Pfarren / *Predicatur*, *Diaconat*, oder *Subdiaconat* hätte / soll ihm hiemit unbenommen seyn / wenn solche Kirchendienste sich erlediget / daß Sie nach tüchtigen Personen trachten / und dieselbe zu nominiren haben / doch also / daß solche Person / so dermassen *denominiret*, zwar dem *Consistorio*, dahin die Pfarre gehöret / zur Prob und *Examen presentiret* und gestellt / und da dieselbige / wie die Ordnung ausweist / *qualificiret* und tüchtig befunden / daß Sie in der Lehre rein / auch mit nothwendigen Gaben / zu lehren von *GOTT* begnadet / in einen ehrbaren Christlichen Leben und Wandel / dazu mit gnugsamer Ubersund und *testimoniis* erfunden / auch wie andere Kirchendiener gebührliche *promission* erstattet / sollen sie von den *Consistorialen* mit Bericht / wie sie in der Lehre geschickt und rein befunden / an den *Synodum* zur *Confirmation* verschrieben werden: Additur verò memorabilis clausula: Wosern der Lehnherr keine tüchtige Person nominiren und vorstellen könnte / oder wolte / noch sonst mit der *presentation* ordentlicher und formlicher Weise verfahren würde / aber gleich wol die hohe Landes Fürstl. Obrigkeit sich schuldig erkennete / die ihr von Gott dem Allmächtigen anbefohlene Kirchen und Untertanen angehört.

L

angehörter Massen zu versehen/so sollen die *Consistorialen*, und verordnete des *Synodi*, mit Bestellung der *Pfarren/ Prædicaturen/ Diaconaten* und *Subdiaconaten* verfahren/ damit solche Kirchendienste nicht *vaciren/* sondern die *Pfarrkinder* mit der *Predigt Göttliches Wortes* und rechten Gebrauch der *Heiligen Sacramenten* versehen/ und keines weges verläumet werden/ welches den *Patronis* an den *Collegiuren* unnachtheilig und unabbrüchig seyn soll. *Cont. per omnia Dn. Unrathen l. c. & Carpzov. l. c. item Mascardum in Probationibus Concl: 879. n. 12. seq. Sunt & in hanc rem memorabiles Constit. Eccles. Meclenb. fol. 125. seq. Cont. loc. nostr. Tit. 1, 9. sqq.*

§. XLIV. Quæ de Compratorum com-  
plexo jure sunt judicanda, itidem: An præsentatio per solum Patronum immediatè, an etiam per Superintendentè nomine Patroni aut præsentis aut absentis, an potissimū una cum Superintendente, Dei ac Principis sui jura observante fieri debeat? An absens queat examinari a præsentari? quid circa rationes, estructuras aliosque redditus veniat usus? quæ quoad ædituos & templi structurarios aliosque? quid de sepulturis, de subelliis & Exedris, de precibus publicis in suggestu tactis respectu Patronorum? &c. istis lubens superfedeo, quod Consistorialia sint in talibus ipsâ praxi consolidata. Superfedeo iis autem tantò lubentius, quantò minus hisce de Ceremoniis S. Codex, meusque imprimis locus præscribit. Interim ut omnia ordine fiant & decenter 1. Cor. XIV. 40 cautela videtur opus esse haud minima, ne ipsa Patronatus jura cum Episcopalibus, fluentibus ex superioreitate territoriali confundantur.

tur, salvis tamen illis, ubi specialiora intercesse-  
 runt pacta, unde jurafluunt ampliora. Quæ nisi  
 adsunt, Jura quoad rem nostram Patronatus honori-  
 fica, absolventur strictè dictâ præsentatione & vo-  
